¶ Terminus mentalis eſt ter̄⁹ qui eſt rei vel rerū imago anime inherens: aut paſſio modo alio ſeſe habēs. Naturalis enī Socratis ſimilitudo atq; omnium animantiuz effigies imagines ſunt anime inherentes he rerum: illa vero rei tantum: vtraq; tm̄ terminus mentalis dicitur. Et eas alio ſeſe habentes modo paſſiones nuncupamus. que nec rei nec rerum ſunt imagines: mouetur tamē intellectum ad alio modo intelligendum prius cōcepta: Et tales ſunt v̄bales copule ⁊ ſyncathegoremata queq;.

Queritur ſecundo: vtrum diuiſio termini in ter̄m ſcriptū: vocalē: ⁊ mentalē. Cuz mēbroꝝ diffinitionib⁹ ē bona: ⁊ a nobis ſufficienter aſſignata.

¶ **Primo notādum eſt pro intellectu hu**ius q̄nōis: ꝙ diuiſio eſt pluriū in vnū collectorū ſectio. ⁊ ē duplex: vcz realis. ⁊ dialectica. De rōnali diuiſiōe nihil impreſentiaꝝ dicēdū ē. Diuidere enī dialecticē ē: ter̄m cōmunē i ter̄os minus cōmunes reſoluere: queadmodū ſi aīal in reale ⁊ irrationale iferiores ter̄os reſoluat̄. Aduertēdū tm̄ eſt: duas eē cōdiciones potiſſimū requiſitas ad aliquam diuiſionē eē bonam: quaꝝ prior ē: ꝙ mēbra diuidentia totū diuiſum euacuent. Secūda: ꝙ mēbra diuidētia ſint formaliter ſaltē oppoſita Per mēbra diuidētia ter̄os inferiores intelligimus. in quos ter̄⁹ ſupior partit̄. Poteſt adhuc poni alia tertia cōdicio: ⁊ ē: ꝙ ſit cōuertibilitas inter diuiſuz ⁊ diſiunctū ex mēbris diuidentibus. Peteret forte aliq̄s vtrū ad bonā diuiſionē requirat̄: duo duntaxat eſſe mēbra. Ad iſtud rn̄deo negatiue. Nō enī oportet oēm diuiſionē eſſe bimēbrem: ſed bene req̄ritur: habeat ad minus duo membra.

¶ **Secundo notandum eſt: ꝙ diffinitio** impn̄tiaruz eſt breuis oro diffiniti declaratiua. quemadmodū eſt iſta: ter̄⁹ ē ꝑs enūciationis cōpleta. ⁊ intercipit duas cōdiciones requiſitas: quarum prior eſt: ꝙ ſit conuertibilitas inter diffinitum ⁊ ipſam diffinitionem: ſic ꝙ ab vno ad alterū ⁊ e conuerſo valeat ꝯña. Secūda ꝙ diſ

finitio ſit diffiniti declaratiua. Quinq; tñ cõditiones ponit magnus ille Albertus in ſua logica Tᷣ i. predicabiliũ: q̃ in duabus iaʒ datis includuntur. Aduerte inſup: ꝙ dialecticus non vtit̃ diffinitionibus: quemadmodũ facit metaphiſicus. Nam ꝓpriũ eſt metaphiſico diffinire: dialectico vero deſcribere: ⁊ ꝑ quaſdam notificationes ſuos ter̃os declarare. Veniendo igit̃ ad expoſitionem poſitaꝝ diffinitionũ ſciendum eſt: ꝙ illa dictio perceptibilis in duabus p̃mis diffinitionibus aſſignata ſumit̃ ampliatiue formaliter: ⁊ non materialiter. Nõ oportet addere hãc particulã corporali p̃mis duabus diffinitionibꝰ Oculus enim oīs parit̃ ⁊ auditꝰ corporeus eſt: ⁊ nõ mentis. In diffinitione termini mentalis ponit̃ ille ter̃ꝰ paſſio: ⁊ hoc pro actibus ſyncategorematicis: q̃ non dñr proprie imagines: nec notitie: eo ꝙ nihil nec aliqua ſignificant. ſʒ ſolum aliquo modo ſiue aliqualiter hoc eſt vnitiue: vel diſtributiue: aut confuſiue: ⁊ ꝯñr hoc mõ ⁊ tales termini ſunt hoc verbuʒ eſt: ⁊ iſta ſigna oīs: nñ: ⁊ ſimilia. ¶ His notatis ponit̃ concluſio rñſiua ad tituluʒ queſtionis. Diuiſio ter̃i in ſcriptum, vocalem, ⁊ mentalẽ cũ diffinitionibꝰ ſuoꝝ membroꝝ eſt bona: ⁊ ſufficiẽs. Nam ei cõpetunt cõditiones ad bonam diffinitionẽ req̃ſite. etiam diffinitionibus mẽbroꝝ cõpetunt cõditiones: q̃ ad bonaʒ diffinitionẽ req̃runt̃. igit̃.

PRimo ⁊ p̃ncipaliter argumẽtor. Atramentum ex quo ſcribitur hic ter̃ꝰ hõ eſt ter̃ꝰ ſcriptus: ⁊ tñ nõ eſt oculo perceptibilis: g̃ diffinitio termini ſcripti nulla eſt. ⁊ ꝑ ꝯñs cõcluſio rñſiua falſa. ꝯña eſt manifeſta cum priori añis parte: ⁊ poſterior pars ꝓbatur. illud atramentũ ẽ ſubſtantia: ſed nulla ſubſtantia poteſt videri: g̃ illõ atramentũ non poteſt videri: ⁊ ꝑ ꝯñs nõ poteſt oculo percipi. ¶ Forte dices: qȝ verũ ẽ: ſubſtãtiam atramenti nõ poſſe videri de per ſe: ſed bene de per accidẽs. Naʒ viſa nigredine inherẽti ſubſtantie: eãdem ſubſtantiã videmꝰ. Itaq; nigredo de ꝑ ſe: ⁊ ſubſtãtia de per accidens videt̃

¶ Contra iſtud argumentor. Falſum eſt dicere: ꝙ nigredo illius atramenti videat̃ de ꝑ ſe. qȝ ſic ꝓbo. Nã vel ipa nigredo: que in atramento reperit̃: ſm ſe totã videt̃: aut ſm aliquã partẽ preciſe: neutrũ eſt dicendũ: g̃ nullo pacto talis nigredo videt̃. Cõſequentia videt̃ nota: ⁊ añs pro priori parte eſt clarum: quiʒ partes nigredinis que verſus centrũ atramenti ſunt: nõ videant̃. ⁊ poſterior añis pars ꝓbat̃. Non ẽ maior rõ: ꝙ talis nigredo ſm vnã eius partem videat̃: q̃ ſm aliam: g̃ ſi ſm vnam videt̃: oportet dicere: ꝙ ſm quamlibet videt̃. ſʒ hoc eſt ꝓbatuʒ falſum: g̃ ſimplr̃ talis nigredo non videtur de ꝑ ſe: quod eſt cõtra prius conceſſum.

¶ Confirmatur. Si totum elemẽtũ terre imponatur ad ſignificandũ tñ: quantuʒ iſte ter̃ꝰ hõ ſignificat. tunc totuʒ elemẽtũ terre dicetur ter̃ꝰ: ⁊ nõ vocalis: nec mẽtalis: ergo dicetur ſcriptus. ſed nõ eſt oculo perceptibilis: ergo cõcluſio rñſiua nulla eſt: ꝯña eſt nota: ⁊ añs verũ. vt facile ex dictis colligit̃: igit̃. Qȝ aũt ter̃ꝰ ille nõ poſſit percipi oculo: patet. Nã totũ elemẽtum terre nõ poteſt videri: ſʒ ſoluʒ aliqua pars: vt docet experientia: igit̃ ꝓpoſitũ.

¶ Ad primũ principale reſpondeo: cõcedendo ꝙ atramentũ ex quo ſcribit̃ hic ter̃ꝰ hõ ẽ ter̃ꝰ ſcriptus: ⁊ nego ipm oculo nõ eẽ perceptibilem. ⁊ ad ꝓbationẽ factã rñdeo: vt inter arguendũ reſponſum ẽ. Et ad replicã dico. ad hoc ꝙ videat̃ aliqua nigredo: nõ oportet: ꝙ ſm ſe totam ⁊ ſm eius qualʒ partẽ videat̃. Nã impoſſibile eſt: ꝙ aliquis color videat̃ ſm ſe ⁊ quodlʒ ſui. intelligo naturalit̃ in opacis corporibus. ⁊ rõ huiꝰ ẽ: qȝ oīs color eſt q̃litas: ſiue accidens: longũ latuʒ ⁊ ꝓfundũ: ⁊ ſic dabunt̃ aliq̃ partes in ꝓfundo: q̃ nullo pacto videbunt̃. ſatis igit̃ ẽ. videat̃ ſm eiꝰ aliq̃ ꝑtẽ.

¶ Contra datã ſolutioneʒ argumentor. Impoſſibile eſt aliquem colorẽ videri: ſm aliq̃ eius partẽ: qȝ ſic ꝓbo. Sola ſuperficies corporis colorati videt̃: ſʒ nulla talis eſt pars coloris: ergo ſequit̃ ꝓpoſitũ. ꝙ ãt ſola ſuꝑficies videat̃: ꝑ experiẽtiã videt̃ eẽ notũ. g̃ ſoluõ data ẽ nulla.

¶ Ad iſtud rñdeo. cõcedendo ſuperficieʒ corporis colorati videri: loquendo de ſuperficie prout corpus in eſſe rei dicat̃. nõ tñ prout loquũtur mathematici. Et dico: ꝙ ſuꝑficies coloris idem eſt ꝙ color. ⁊ concedo aliquã ſuperficiem videri: cuiꝰ tñ nulla ꝑs adeq̃ta videt̃. Nec hoc extraneũ videat̃. Nã ex hoc non maius ꝯſequit̃ incõueniens: q̃ cõcedere: ꝙ ſphericũ corpꝰ tangit planuʒ. ⁊ tñ nulla pars ſpherici corporis adequate tangit planũ. Sed qȝ hec ad mathematica attinent: Alio me diuerto.

¶ Contra illud quod conceſſuʒ eſt puta hanc ſcripturã hõ eſſe ter̃m ſcriptum argumẽtor. Sequeret̃: ſi hoc eẽt verũ: ꝙ dato vno ter̃o ſcripto infiniti termini ſcripti darẽtur: ſed ꝯñs eſt falſum: qm̃ nõ eſt aliqua infinita multitudo entium (teſte Ariſtotele) q̃ tñ eſſet: ſi infiniti termini reperiantur: ⁊ ꝙ ſequatur patet. Nam quilibet ter̃ꝰ ſcriptus eſt diuiſibilis profunde in partes infinitas: quaꝝ q̃lʒ eẽt ter̃ꝰ ſcriptus: igit̃.

¶ Ad iſtud rñdent aliqui concedendo ſequelam. nec illud putant incõueniens: ⁊ ad Ariſtotelem dicerent: ꝙ ipe non negaret eſſe infinitam multitudinem entium efficientium vnũ Vbi tñ talis multitudinis oīs vnitas poneret̃ ſeiũcta: nõ admitteret phus. ¶ Alr̃ tñ rñdeo: cõcedendo in omni ter̃o ſcripto infinitos ter̃os eſſe in potentia. Nam ſi ſm ꝓfunditateʒ aliq̃s talis ter̃ꝰ ſcriptus diuidat̃ per ꝑtes ꝓportionales: quelʒ pars ꝓportionalis debet eſſe ter̃ꝰ illõ idem ſignificans cum toto ter̃o cuiꝰ eſt pars. intelligo vbi tales partes realr̃ diuidant̃: qȝ fieri poteſt preter naturam. Quod ſi indiuiſe maneant: nulla debet vocari ter̃ꝰ. vñ ſi iſte ter̃ꝰ hõ ſcriptus in duas medietates diuidat̃ ſm ꝓfunditatem: quelʒ eaꝝ ſignificabit tantũ quãtũ iſte ter̃ꝰ hõ. ꝙ ſi maneant indiuiſe: nulla dicet̃ ter̃ꝰ ſignificatiuus: immo nec ter̃ꝰ. Eodem modo eſt cõcedendũ ſi ille ter̃ꝰ hõ ſcriptꝰ in tres tertias vl' quatuor quartas ⁊ ꝯñter diuidat̃: eaꝝ quelibʒ ter̃ꝰ ſcriptus dicet̃: tñ ſignificãs quãtũ iſte ter̃ꝰ hõ: ꝙ ſi nõ realr̃ diuidant̃ nullo pacto dicentur termini.

¶ Contra iſtud argumentor. ſequeretur ſi ſolutio eſſet vera: ꝙ in quolibet ter̃o ſcripto ſaltẽ eſſent duo termini ſcripti nulla facta diuiſione. hoc patet in iſto ter̃o hõ: vnus ter̃ꝰ ſcriptꝰ eſt ſubſtantia atramenti. ⁊ alter ẽ ipa nigredo: ſʒ iſtud nõ eſt minꝰ incõueniens: q̃m concedere duas medietates huiꝰ ter̃i hõ eẽ ter̃os ſcriptos: vbi nulla facta eſt diuiſio. igit̃ vel hoc debet concedi: vel alterũ negari. ex quoꝝ quolʒ ſequit̃ incõueniens.

¶ Ad iſtud rñdeo. negando ꝙ in iſto termino hõ ſcripto duo ad minus reperiant̃ ter̃i. Nam ſubſtantia atramenti ſm ſe conſiderata non debet dici terminus: nec etiam nigredo: ſʒ tota ſubſtãtia ſic colorata. Iſtud recipiat̃ loq̃ndo philoſophice. Nam ſm veritatem aliqui reperiuntur termini ſcripti: qui ſunt accidẽtia nulli ſubiecto inherentia: vt in hoſtia conſecrata: in qua aliqui termini reperiunt̃ ſcripti: qui ſunt albedines nulli ſubiecto inherentes. ¶ His tamen non obſtantibꝰ poſſumus tenere (ꝙuis ꝑterue) cũ cõmuniter loquentibus: in quolibet termino ſcripto eſſe infinitos terminos. Nam in quolibet tali ſunt infinite partes ſm profunditatem: que ⁊ ſi non diuidantur: tamen in potẽtia ꝓpinqua ſunt termini ſcripti. Eodem modo concedendum eſt: ꝙ forma atramẽti ſubſtãtialis ⁊ queuis alia accidentalis pariter ⁊ materia ſunt termini ſcripti.

¶ Contra hec vltimo dicta argumentor Sequeretur: ſi eſſent vera: ꝙ ſcripto iſto termino homo in quantitate digitali infiniti termini eq̃les ſcriberentur non communicãtes: quorum quilibet eſſet digitalis. Hoc tamen videt̃ falſum: ⁊ contra philoſophorum opinionem dicentium. Non poſſe dari infinitum ſm multitudinem: nec ſm magnitudineʒ. ſʒ ꝙ illud ſequatur probo. In quolibet termino ſcripto eſt vnꝰ terminus ſcriptus: q̃ eſt nigredo. ſit igit̃ rei veritas: ꝙ iſte terminus hõ in quantitate digitali ſcribatur: tunc nigredo talis termini eſt etiam digitalis: ⁊ eſt ter̃ꝰ: vt conceſſum eſt: ſʒ illa nigredo infinitos habet gradꝰ partiales: tot alit̃ diſſtinctos penetratiue ſe habentes. quorum quilʒ eſt digitalis pariter ⁊ ter̃ꝰ: igitur aſſumptũ veꝝ.

¶ Ad iſtud rñdeo: concedendo iſtud qȝ infers. Nec illud habeo pro incõueniẽti. Et ad auctoritatem philoſophorũ rñdeo ꝙ ipi intelligunt nõ poſſe dari infinitũ: ⁊ hoc infinite: hoc ẽ dicere: ꝙ reales infinite partes realiter ⁊ localr̃ a ſe inuicem diſtent. qualiter non contingit in ꝓpoſito. Hec vltima replica magis ad philoſophicaʒ calculationem ſpectat q̃ ad ipam dialecticẽ: iõ pro anno tertio nr̃i curſus miſſa fiat.

¶ Ad confirmationeʒ rñdeo admiſſa impoſitione totius elementi terre ad ſignificãduʒ tantũ quantũ ſignificat iſte ter̃ꝰ hõ: concedẽdo elementum terre eẽ ter̃m ſcriptum large capiẽdo ter̃m ſcriptum ꝓ omni illo qȝ ſignificat aliquod vel aliqua vel aliqualiter proprie: ⁊ poteſt videri in potentia propinqua: ſed nego totũ elementum terre non poſſe oculo percipi. Et quãdo in oppoſituʒ arguis nõ eſt poſſibile naturaliter procedendo ꝙ elementuʒ terre ſm ſe totũ ab aliquo oculo percipiat̃: ergo illud totum elementum terre non poteſt videri dico ꝙ ꝯña nihil valet. ¶ Pro intelligentia huius confirmationis que partim ex argumento principali dependet. Eſt aduertendum: ꝙ ad hoc ꝙ aliqua tota res videatur: ſufficit eandem videri ſecundum aliquam partem notabilem eiuſdem rei.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

feneſtraꝫ ſola eius facies deprehēdat̃. In hoīe enim pars notabilis eſt facies: qua viſa indicat̃ eundē hoīeꝫ videri. Ita dicendū eſt in pn̄tiarū: ꝙ viſa vna parte notabili totius elemēti terre: vt ſi videatur campꝰ: aut aliq̄s mons totā ipāꝫ terram videri.

¶ Contra iſtam ſolucioneꝫ argumētor: et potiſſime contra illud quod cōceſſum ē vcꝫ ꝙ viſa facie Socratis totus Socrates videt̃. Bene ſequit̃ Socrates videtur: ⁊ Socrates ē ſocratis due medietates: ergo Socratis due medietates vident̃. Cōſequentia illa videt̃ nota: an̄s eſt verum ex cōceſſis ſi ꝑ feneſtrā facies Socratis videat̃. ergo ꝯn̄s eſt verū. ſed manifeſtum eſt ꝙ illud ꝯn̄s eſt falſum. Naꝫ Socratis medietas inferior nō videt̃: ergo nec ambe medietates vident̃. Quare oportet dicere ꝙ nō viſa facie Socratis ipſe Socrates videt̃. quod ē contra conceſſum.

¶ Ad iſtam replicā r̄ndeo cōcedendo vt cōceſſum eſt: ꝙ viſa facie Socratis ipſe Socrates videt̃: ⁊ cōcedo ꝙ ſocrates ē ſue due medietates: etiam cōcedo: ꝯn̄s eē falſum: vcꝫ ꝙ ſocratis due medietates vident̃. Et dico ꝯn̄iam illā nihil valere: nec tenet expoſitione: defectus q̄ cōmitit̃ facile ſe offert. Et ꝙuis ꝯn̄s concedatur: nō ꝓpterea ſequit̃ medietatē ſocratis inferiorē videri: nec hoc ipſum argumentū concludit.

¶ Secundo ⁊ principaliter argumentor. Sonus factꝰ hora ſeptima matutina ab horologio vniuerſitatis eſt terꝰ: ⁊ tn̄ nō ē vocalis: ſcriptus: nec mētalis: igit̃ nr̄a diuiſio nulla ē. ꝯn̄ia ē nota: ⁊ an̄s ꝓbat̃: ⁊ p̄mo ꝙ ſit terꝰ patet. Nā repreſentat proportionalr̄ vcꝫ eundum eē ad lectionē. vt ſatis cōſtat per experientiam. Poſterior aūt an̄tis pars probat̃. Imprimis ꝙ nō ſit terꝰ ſcriptus ex ſe relinquit̃ notū. Etiam nō eſt terꝰ mentalis: quum non ſit rei vel rerū imago aīe inherens: nec paſſio mō alio ſeſe hn̄s. Sed ꝙ non ſit terꝰ vocalis ꝓbat̃: nō eſt ab ore aīalis ꝓlatus: quod req̄rit̃ ad aliquem term̄ eē vocalem: igit̃ an̄s ē verum quod erat ꝓbandum.

¶ Confirmatur: ſi Socrates ꝓferat priorem ſyllabam huius termĩ hō: ⁊ poſterior ſcribat̃. Verū ē dicere ꝙ ex ſyllaba ꝓlata ⁊ ſyllaba ſcripta iſte terꝰ hō conſurgit. ⁊ tn̄ nō ē vocalis: ſcriptus: nec mētalis. igit̃ diuiſio ſignata eſt nulla. Pꝫ ꝯn̄ia ⁊ an̄s ꝓ priori parte videt̃ ſatis notū: quum aggregatū ex prolatione prioris ſyllabe huiꝰ termĩ hō ⁊ ſcriptura poſterioris ſyllabe oēs hoīes repſentat. ⁊ ꝙ poſterior pars an̄tis ſit vera ꝓbat̃. Imprimis clarum eſt: ꝙ nō ē terꝰ mentalis. ⁊ ꝙ non ſit vocalis nec ſcriptus patet: qm̄ nō eſt maior rō ꝙ vocalis dicat̃: q̄m ꝙ dicat̃ ſcriptus: ergo vel neutrū illoꝝ erit: vel erit vocalis ⁊ etiā ſcriptꝰ. qḋ nō minꝰ incōueniens reputamꝰ.

¶ Ad primum capitale reſpondeo: negādo Sonum cāpane factū hora ſeptima eē terminū: loquendo de termĩo proprie dicto ⁊ cōmuniter vſitato. Nam ſi repn̄tat ꝓpoſitionaliter hoc eſt mō incōſueto: queēadmodū diximꝰ in p̄ma q̄ſtione de circulo ante domū vinariā poſito. Nihilominus ne argumentū ſcindat̃: aliter poſſumꝰ r̄ndere: cōcedendo talē ſonū eē term̄ ꝙuis incōſuetū. ſꝫ negamus ꝙ nō ſit vocalis: ſcriptꝰ: aut mētalis. ⁊ ſi petas quod illoꝝ dico ꝙ ē terꝰ vocalis. ⁊ ad argumentū in oppoſitū quum ſic arguit̃: nō eſt ab ore aīalis ꝓlatus: igit̃ nō ē terꝰ vocalis. conceſſo an̄te negat̃ ꝯn̄ia. Nam terꝰ vocalis in pn̄tiaꝝ capit̃ large: pro oī illo quod eſt perceptibile auditu ⁊ aliquid aliqua vl̄ aliquo mō ſignificat: ⁊ nō capit̃ ſtricte: put dicimꝰ vocē ſolum ab aīali ꝓferri. dr̃ enim ſonus campane vox ſignificatiua: ꝙuis non eque ꝓprie ac iſte terꝰ hō a Socrate prolatus.

¶ Sed dubitaret aliquis vtrū ſonus horologij factus hora ſeptima ⁊ continuatus ad octauam vſqꝫ horam ſit dicendus terꝰ vocalis ¶ Scḋo dubitari poſſet: an ſolus vnus ictus horologij factus hora ſeptīa terꝰ vocalis dicat̃. ¶ Tertio poteſt dubitari: an q̄lꝫ ſonus in quocunqꝫ tp̄e factus ab horologio debeat dici terꝰ vocalis. ¶ Quarto dubitat̃: an voces picarum ⁊ paſſerū dicant̃ termĩ vocales vel non. ¶ Quinto ⁊ vltimo dubitat̃: quid requirit̃ ⁊ ſufficit ad hoc ꝙ aliquis ſonus terꝰ vocalis dicatur.

¶ Ad primum iſtorum r̄ndeo: conformit̃ ad illa: q̄ dicta ſunt in p̄ma q̄ōe in quodaꝫ dubio de circulo ante domum vinariam poſito ⁊ ſucceſſiue recedenti: ꝙ in illo caſu ſonus elōgatus ꝑ vnā horam nō dicet̃ terꝰ vocalis: nec ꝓpoſitio. Nihilominꝰ vna eius pars repreſentabit verum vel falſum. ⁊ ꝯſequēti terꝰ vocalis dicet̃. Et ſi petas dari illaꝫ partē: Dico ꝙ erit ea prima pars ſoni q̄ durabit per tantū tēpus: per quantū ſolet durare pulſus factus hora ſeptīa: quo cōiter ſolet declarari eundū eē ad lectionē. ¶ Ad ſecundum dubiū conformiter eſt r̄nden Dicimus enim Socratē videri: vbi per aliquā

dum. dicēdo igit̃ ꝙ vnicꝰ ictus ſiue pulſus nō eſt dicendus terminus vocalis. Sed oportet: ꝙ ſit ea multitudo pulſus: q̄ ex cōſuetudine gymnaſij eſſe ſolet. ¶ Ad tertium reſpondeo negatiue. Naꝫ ſi vnicus pulſus fiat a caſu hora incōſueta: nihil penitus repreſentabit. ꝙ ſi fiat pulſus ſimilis illi: quo datur intelligi aliquem eſſe laureandum in theologica facultate: aut in iure pōtificio. Dico ꝙ talis pulſus dicetur terꝰ vocalis: pariter ⁊ propoſitio: q̄nqꝫ vera: q̄nqꝫ falſa: q̄nqꝫ dubia. ¶ Ad quartum reſpondeo: ꝙ voces picarum ⁊ omnium paſſerum termini vocales ſunt dicende: ꝙuis non repreſentent hominibus aliquid aliqua vel aliq̄liter: ſufficit tn̄ ꝙ alijs auibus repreſentent. Multe tamen ſunt voces auium: que nobis repreſentāt aliquid aliqua ⁊ aliqualiter: vt videre eſt de vocibus pſitaci pice pariter ⁊ turdorum. ¶ Ad vltimum dubium r̄ndeo. ꝙ requirit̃: ⁊ ſufficit ad aliquē ſonū eſſe vocem ſignificatiuam: ſiue terminum vocalem: ꝙ in potentia propinqua ex potentijs cognitiuis repreſentet aliquid aliqua vel aliqualiter. proprie diximus ex potentijs cognitiuis ad comprehendendum omnia animalia: inter que aues numerantur. ¶ Dubitaret aliquis: vtruꝫ inter aues ⁊ alia bruta animalia inueniantur termini ſignificantes ad placitum. vel vtruꝫ omnes termini naturaliter ſignificent: que in brutis reperiuntur. Iterum dubitaret etiam aliq̄s: vtrum animalia bruta forment terminos ſyncathegorematicos: ⁊ noticias cōplexas: perinde ac homines ſolent formare. Ad iſta duo dubia impreſentiaꝝ nihil reſpōdeo. Videbūtur alibi.

¶ Ad confirmationem reſpondeo: negādo ꝙ ex prolatione prioris ſyllabe huius termini homo ⁊ ſcriptura poſterioris hic terminꝰ homo conſurgat. Nam conſueto modo loquendi non reperiuntur tales termini: qui partim ſunt vocales: partim vero ſcripti. Sed quoniam confirmatio tangit: vtrum termini mixti reperiantur: ideo videndum eſt: quid veritatis hoc contineat. ¶ Pro cuius declaratione eſt aduertēdum: ꝙ omnis terminus mundi conſuetus eſt vocalis. ſcriptus. vel mentalis. non tamen ſimpliciter omnis terminus eſt vocalis ſcriptus vel mentalis vt facile colligitur ex dictis in prima q̄ſtione: in qua dicebamus: ꝙ deus omnipotens ⁊ etiam angelus Michael ſunt termini. Conſtat tamen neutrum illorum eſſe vocalem. ſcriptum. nec mentalem. ¶ Quare dicendum eſt: ꝙ iſta noſtra diuiſio data eſt duntaxat ḋ terminis communiter vſitatis. Nihilominus ſi omnes terminos poſſibiles comprehēdere placet: formabis diuiſionem termini hoc pacto. Terminorum alius ſcriptus: alius vocalis alius mētalis: alius A. Ponitur quartuꝫ membrum ad comprehendendum omnes terminos qui nec ſunt vocales ſcripti aut mentales. Qualis eſt deus ſummus ⁊ angelus Michael: ſi imponatur ad ſignificandum omnes homines. Etiam ſub iſto membro omnes termini mixti comprehenduntur. Qualis eſt iſte terminus. homo. factus in confirmatione. Naꝫ ſi prior ſyllaba proferatur: ⁊ poſterior ſcribatur: conſurget terminꝰ A. omnes homines repreſentans. Et hoc ſuppoſito ꝙ modus ille concipiendi ad decem homines ſe extendat: quoniam ſi per talem terminuꝫ ſolus vnus homo vel duo omnes homines intelligerent: ⁊ nulli alij in potentia propinqua hoc idem agnoſcerent: non diceretur terminꝰ.

¶ Tertio ⁊ principaliter argumētor. Et pono caſum ꝙ noticia quam Socrates habet de Platone ponatur in lapide: quam volo vocari. B: tunc ſic. B. eſt terminus: ⁊ tamen non eſt vocalis. ſcriptus. aut mentalis. nec etiam terminus. A: igitur que dicta ſunt falſa habētur. Conſequentia eſt nota: ⁊ antecedens probat̃: ⁊ primo ꝙ. B. ſit terminus patet. Nam quum erat in anima Socratis: terminus dicebatur: ⁊ nulla facta eſt depoſitio ſue ſignificationis: igitur adhuc ipſo. B. in lapide exiſtēte terminus dicetur. Sed ꝙ non ſit vocalis nec ſcriptus nec etiam terminus. A. ſatis conſtat: ⁊ ꝙ etiam nō ſit terminus mentalis probatur ſic. Omnis terminus mentalis ideo mentalis eſt: quia eſt in mente: ſed. B. non eſt in mente. ergo. B. non ē terminus mētalis. ꝯn̄ia eſt nota. ⁊ an̄s pro vtraqꝫ ſui parte eſt veꝝ: igitur ⁊ ꝯn̄s qḋ erat ꝓbādū.

¶ Confirmatur impugnando termini mentalis diffinitionē. Triſticia q̄ in anima Socratis reperitur ē paſſio anime Socratis inherens: ⁊ tn̄ nō eſt terꝰ mētalis: quum nō ſit pars enunciationis completa: ergo propoſituꝫ.

¶ Ad tertiū principale r̄ndeo: ꝙ noticia Platonis in aīa Socratis ſemꝑ ꝙ ē ī aīa Socratis eſt terꝰ mētalis: ſꝫ cū primū ponit̃ ī lapide nō amplꝰ ē terꝰ mētalis: quū nō ſit terꝰ q̄ ē rei. l. reꝝ imago aut paſſio mō alio ſeſe hn̄s: ⁊ qn̄ arguimꝰ in oppoſitū: in mēte Socratis erat terꝰ: ⁊ nulla facta eſt ſue ſignificationis depoſitio: er





UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

go ſequitur: ꝙ adhuc in lapide exiſtens eſt ter-
minus. Ad iſtud reſpondeo: ꝙ ꝗuis non ſit fa
cta depoſitio ab aliquo impoſitore: facta tamẽ
eſt ex natura rei. Nam de natura noticie eſt: ꝙ
ſemper ꝙ eſt in mente repreſentet id: cuius eſt
noticia. ⁊ non poteſt alibi repreſentare natura
liter proprie preterꝙ in mente.

¶ Contra iſtud argumentor. Sequeret̃
ꝙ aliqua res tranſiret de ſpecie in ſpeciem. con
ſequens eſt falſum immo ⁊ contradictionis im
plicatiuum: igitur ſi ſemel. B. noticia fuit noti
cia vbicunq; ponatur ſemper erit noticia. ⁊ per
conſequens ipſa in lapide exiſtente noticia dice
tur.

¶ Ad hoc reſpondeo negando ſequelaꝫ.
Nam per hoc ꝙ deſinit eſſe noticia: non deſinit
eſſe qualitas. Si enim variaret ſuam ſpeciem:
oporteret ꝙ tranſiret de vno eſſe eſſentiali in ali
ud eſſe eſſentiale perfectius vel imperfectius:
quod impoſſibile eſt: quemadmoduꝫ eſt impoſ
ſibile ꝙ Socrates mutetur in lapidem vel ĩ an
geluꝫ. Quodſi noticia. B. mutatur de noticia
in non noticiam: hoc eſt de per accidens.

¶ Contra iſtud argumentor. Noticia eſ
ſentialiter ⁊ intrinſece ẽ noticia: igit̃ nõ pt nõ eẽ
noticia. Conſequentia eſt manifeſta. Nam illõ
dicitur eſſentialiter ⁊ intrinſece tale: quod non
poteſt non eſſe tale ipſo exiſtente: igitur ipſa no
ticia. B. exiſtente non poteſt non eſſe noticia:
quum ſit eſſentialiter ⁊ intrinſece noticia

¶ Ad iſtud reſpondeo. Negando ꝙ no
ticia. B. eſſentialit̃ ⁊ intrinſece ſit noticia. Im-
mo accidentaliter ⁊ extrinſece eſt noticia: qm̃ ſi
noticia. B. eſſentialit̃ ⁊ intrinſece eſſet noticia:
haberetur ꝙ ipſa exiſtente in lapide adhuc di-
ceretur noticia. quod falſuꝫ eſt. ¶ Unde eſt ad
uertendum: ꝙ iſtud ſignuꝫ eſſentialiter ⁊ intrin
ſece eſt ſignum exponibile: virtute cuius propo
ſitio in qua ponitur dicitur exponibilis per du-
as exponentes. verbi gratia. Hec ꝓpoſitio Mi
chael eſſentialiter ⁊ intrinſece eſt angelus ſic ex
ponitur: Michael eſt angelus: ⁊ non ſtat Mi-
chaelem eſſe: quin Michael ſit angelus. Con-
formiter exponat̃ hec propoſitio. Hec noticia
eſſentialiter ⁊ intrinſece eſt noticia illa noticia
B. demonſtrata. ⁊ inuenies falſam ſecundam
exponentem: immo ⁊ priorem: quando eſt in la
pide.

¶ Contra ſolutionem argumentor. No
ticia. B. eſſentialiter ⁊ intrinſece eſt noticia vel
non noticia: ſed non eſſentialiter ⁊ intrinſece eſt
nõ noticia: ergo eſſentialiter ⁊ intrinſece eſt no
ticia. Conſequẽtia videtur bona a toto diſiun-
cto cum deſtructione vnius partis ad poſitio-
nem alterius. Nam equiualent̃ arguitur a to-
ta diſiunctiua cum deſtructione vnius partis.
ad poſitionem alterius: igitur hec eſt conceden
da: B. eſſentialiter ⁊ intrinſece eſt noticia: qđ ẽ
contra negatum.

¶ Ad iſtud reſpondeo: ꝙ illa conſequen
tia nihil valet. Nec in ea arguitur a tota diſiun
ctiua cũ deſtructione vnius partis ad poſitionẽ
alterius. Hec enim propoſitio. B. noticia eſſen
tialiter ⁊ intrinſece ẽ noticia vel nõ noticia: nõ
eſt propoſitio diſiunctiua: ſed ſoluꝫ de diſiuncto
predicato. ⁊ eius veritas non habet cognoſci ꝑ
aliquam diſiunctiuam: ſed per exponentes ra-
tione illius ſigni exponibilis eſſentialiter ⁊ in-
trinſece: poſtꝙ precedit diſiunctum. Naꝫ docu-
mentum eſt generale. Semper ꝙ in aliqua pro
poſitione ponuntur duo vel tres termini viden
dum eſt: an primus illorum ſit ſignum exponi-
bile. quodſi ita cõtingat talis propoſitio debet
primo probari ratiõe talis ſigni: niſi ſuccreſcat
aliunde impedimentum. ⁊ ita eſt dicendum in
propoſito.

¶ Contra dicta argumentor. Bene ſe-
quitur: B. noticia eſſentialiter ⁊ intrinſece eſt
aliquid puta qualitas: ergo aliquid eſſentiali-
ter ⁊ intrinſece eſt noticia. Conſequentia tenet
per conuerſionem. antecedens eſt verum: igitur
⁊ ꝯñs: quod eſt negatum.

¶ Ad iſtud reſpondeo. negando illam
conſequentiam. Nec in ea arguitur cõuerſiue:
vt facile eſt videre. Quid autem ſit conuerſio ⁊
quotuplex ſit videbitur in tertia ſectione. ¶ I-
ſtis tamen omnibus non obſtantibus poteſt
optime teneri: noticiam. B. in caſu ꝙ ponatur
in lapide eſſe terminum mentaleꝫ. Nam in po
tentia propinqua eſt ponibilis in propoſitione
mentali: tanꝙ pars completa propoſitionis.
Unde ſi Socrates penetratiue poneretur cum
tali lapide: ⁊ illa qualitas q̃ fuit noticia ſue na-
ture relinquatur. iterum repreſentabit Socrati
Platonem. Et terꝰ mentalis dicet̃. Nec minꝰ
eſt inconueniens: ꝙ concedere teꝛ̃os ſcriptos in
libris clauſis eſſe terminos: eo ꝙ in potentia ꝓ
pinq̃ pñt repñtare ea: ad q̃ fuerũt ĩpoſiti. Eodẽ
mõ illa noticia exiſtẽs ĩ lapide dicet̃ terꝰ mẽtalꝫ:



non ꝙ actu exiſtat in mente: ſꝫ quia in potentia
propinqua nulla facta mutatione in tali quali
tate poteſt poni in propoſitione mẽtali. Et ſm̃
hanc reſponſionẽ eſt dicendum: ad hoc ꝙ ali-
quid ſit terminus mentalis ſufficit: ſit quali-
tas apta nata in potentia propinqua repreſen
tare aliquid vel aliqua vel aliqualiter ſm̃ ſe po
tentie cognitiue. Inter hoſce dicendi modos
elige vt placet. Naꝫ vterq; problematice poteſt
defendi.

¶ Ad confirmationem reſpondeo. negã
do ꝙ detur paſſio anime inherens: que non ſit
terminus mentalis. Et ad probationem quam
facis dico: ꝙ triſticia in anima Socratis non
eſt paſſio de qua loquimur. Nec eſt etiaꝫ termi
nus mentalis. ¶ Pro huius intelligentia eſt
aduertendum: ꝙ duplex eſt paſſio. Quedam ẽ
corporis. quedam vero anime. Paſſiones cor-
poris nihil ad propoſitum cõferunt. Paſſio ve
ro anime duplex eſt. Altera ẽ qualitas nihil nec
aliqua nec aliquo modo repreſentãs: intelligo
aliud a ſe quemadmodum ſunt gaudium. triſti
cia. patientia. humilitas. temperãtia. ⁊ queuis
alia virtus ⁊ vitium. Iſte enim paſſiones nõ di
cuntur termini mẽtales. Nec poſſunt in aliqua
propoſitione mentali reperiri. Et ꝗuis paſſio-
nes denominentur: non tñ ꝓpterea ſequitur: ꝙ
omnes inferant anime leſionem. Nam multe
gaudium cauſant: vt ſunt virtutes. Alique ve-
ro ledunt: vt ſunt vitia. Nomine ergo genera-
li omnes tales qualitates anime inherẽtes paſ
ſiones denominãtur. Altera vero eſt paſſio ani
me inherens. que aliquo modo repreſentat: ſic
ꝙ animaꝫ mouet ad ſic vel aliter concipiendũ:
⁊ quelibet talis terminus ſyncathegorematī-
cus nominatur: duꝫ modo preciſe ſignificet ali
quo modo. Nam aliqua eſt qualitas mentalis
que aliquo modo ſignificat: ⁊ cum hoc aliquid
etiaꝫ repreſentat. vt eſt qualitas que huic termi
no nemo reſpondet in hac propoſitiõe. Nemo
in hoc mundo eſt felix.

¶ Dubitatur primo: an primus termi-
nus mundi fuerit ſcriptus vocalis vel mentalis
loquendo ſm̃ veram ſententiam vcꝫ ꝙ noſter
primus parens adamus extiterit primus termi
norum impoſitor. Naꝫ ſi loquamur philoſophi
ce ſatis patet: nullum fuiſſe primuꝫ terminum.
quum ab eterno dicant attici mundum fuiſſe.
Et ſic nec ſcriptus nec vocalis aut mentalis di
citur primus terminus ſm̃ hanc viam: que erro
nea ⁊ a vero aliena eſt diiudicanda.

¶ Ad iſtam dubitationem reſpondeo ꝑ
quattuor propoſitiones. Quaruꝫ prima eſt hec
¶ Antequꝫ eſſet aliquis terminus ſcriptus vel
vocalis: fuit terminus mentalis. Nam primus
parens antequꝫ voces impoſuiſſet ad ſignifican
dum: prius formauit conceptus rerum ſignificã
darum ꝙ tales voces. Prius enim habuit no
ticiam omnium hominum: ꝙ impoſuerit hunc
terminum homo ad ſignificandum omnes ho
mines. Nõ modo inꝙ prius prioritate nature:
ſed etiam prioritate temporis. ¶ Secunda pro-
poſitio. Quamuis terminus mentalis preceſſe
rit vocalem ⁊ ſcriptum nullus tamen mentalis
fuit in ipſo primo parente primꝰ terminus men
talis: ſicut nec in aliqua rationali creatura eſt
aſſignare primum terminum mentalem. Et ra
tio huius eſt quia primum habentur ſenſatio-
nes quam intellectiones: ⁊ quum omnis ſenſa-
tio ſit terminus mentalis ⁊ queuis talis partibi
liter ⁊ mere ſucceſſiue producatur: ſic vt in nul-
la tali detur primum productum habetur pro-
poſitio in veritate. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Termi-
ni vocales preceſſerunt terminos ſcriptos: prius
enim res apprehenſe per terminos mentales ſi
gnificantur vocibus ꝙ ſcriptura. Nam ſcriptu
ra ea de cauſa inuenta eſt: vt eos omnes facere
mus certiores rerum noſtrarum qui longe a no
bis diſtent. Voces vero ſolum preſentes reſpici
unt. Conſtat tamen naturali ordine tempus p̃
ſens primuꝫ fuiſſe inter tempora. Quare termi
ni vocales ſcriptis ſunt p̃ores. ¶ Quarta ꝓpo
ſitio. Licet termini mentales natura ⁊ tempo-
re precedunt vocales ⁊ ſcriptos: videtur tamen
ꝙ nullus extiterit inter vocales terminos pri-
mus. ſaltem non conſtat de primo termino vo-
cali. Nam tempore quo Adam ⁊ Eua ſoli ha-
bebãtur ꝗuis terminis vocalibus vterẽtur ſm̃
quid: non tamen ſimpliciter. Volo dicere voces
que pro tunc fuerunt vbi ſoli Adam ⁊ Eua in
mundo reperiebantur non ſignificabãt ad pla
citum ſimpliciter: eo ꝙ nondum erat populus
impoſitionem talium terminorum vocalium ac
ceptans. Requiritur enim decem hominuꝫ cõ
ſenſus ãteꝙ aliquis terminus ſignificet ad pla
citum.

¶ Dubitatur ſecũdo vtrum idem termi-
nus vocalis a pluribus audiatur hominibus
perinde ac idem terminus ſcriptus a pluribus
videri poteſt.

¶ Ad hanc dubitationem reſpondeo ꝑ duas propoſitiones. quarum prior eſt hec.

¶ Idem terminus vocalis a diuerſis hominibus ⁊ diuerſis temporibus poteſt audiri. Hec propoſitio ſequitur ex ſecunda ⁊ tertia opinionibus citatis in prima concluſione in confirmatione ſecundi argumēti principalis nec vlteriori eget expoſitione. ¶ Secunda propoſitio. Impoſſibile eſt per naturaʒ vt ſimul diuerſi homines audiant eandem voceʒ. Pro declaratione huius propoſitionis aduertenduʒ eſt: ꝙ aer in arteria vocali repercuſſus atq; motus a potentia motiua efficitur ſon⁹ ⁊ vox. Deinde ab eodem anterior aer mouetur: ⁊ cōſequenter ab anteriori ſubſequens aer mouetur ⁊ ſuſcipit formam vocis: ⁊ conſequenter hec motio cōtinuat᷑ vſq; dū potētia motiua deſinit eē. Eſt itaq; imaginandū aerem primo motum in arteria vocali alium aerem mouere: ⁊ deinde alius alium. ⁊ hoc pacto conſequenter ſic vt contingat aerem primo motuʒ qñq; quieſcere alijs ꝑtibus aeris motis. ⁊ iſta aſſidua partiuʒ motio non modo in vnaʒ loci dr̃iam ꝓtenditur: verumetiam in ſingulas poſitionum differētias. ⁊ latitudo iſta motus ſemper decreſcit atq; ſubtiliatur: vſq; dū tota virtus motiua eſt reſoluta ſeu deperdita. Quo fit tenuior ⁊ acutior reddatur vox in locis diſtantioribus ꝙ̃ propinquis: ⁊ quum ita ſit eãdem aeris portiunculaʒ non ſimul aures diuerſorum hominum pertingere: habetur: vt non ſimul eadem vox a duobus hominibus deprehēdatur. Hoc dictum eſt ſi vocem aerem eſſe dicamus: ⁊ ſi tertiam opinionem vocis deffendam⁹: proportionabiliter eſt dicendum.

¶ Dubitatur tertio: an naturalis ſimilitudo Socratis exiſtens in anima vnius bruti poteſt animam rationaleʒ immutare ad cognoſcendum Socratem: quēadmodum faceret naturalis ſimilitudo Socratis exiſtens in anima Platonis.

¶ Ad hoc reſpondeo per aliquas propoſitiones: Quarum prima eſt hec. ¶ Naturalis ſimilitudo Socratis exiſtens in anima vni⁹ canis eidem cani naturaliter proprie Socratem repſentat: ſicut naturalis ſimilitudo Socratis exiſtens in anima Platonis naturaliter ꝓpe ipſi Platoni Socratem ſignificat. Nam eque naturale eſt illi noticie Socrateʒ repreſentare: ac eſt noticie Platonis habite de Socrate.

¶ Secunda propoſitio. Noticia Socratis exiſtens in anima alicuius bruti eſt non modo intenſa: verumetiam extenſa ad extenſionem anime talis bruti. Hec propoſitio non aliter probatur ꝙ̃ topice. Nam q̃litates inherentes aliq̃bus ſubiectis debent quandam proportionem cum ſubiectis quibus inherent habere. Et quum cuiuſlibet bruti anima ſit extenſa ſm opinionem communem: oportet dicere qualitates eidē anime inherentes etiam eſſe extēſas: longas latas veʒ ⁊ profundas. Hec ratio nō concludit: ſed ē ſolum ſuaſiua. ¶ Poſſumus tamen tenere cū Paulo veneto Li. de anima in ſua ſuma philoſophica: ꝙ anima bruti nullo modo eſt extenſa: ſed eo pacto in materia ſe habet: ac ſe habēt ſpecies in medio: ſic veʒ ꝙ multiplicantur ꝑ totum mediū Et ita concedit animam vnius bruti quodcumq; fuerit eſſe totã in toto bruto ⁊ totam in qualibet eius parte. Et ſm iſtam opinionem dicendum eſt q̃litates exiſtentes in anima alicuius bruti non eſſe extenſas. Bene quidem intenſas ⁊ per multiplicationem ſe hñtes.

¶ Tertia propoſitio. Nulla noticia exiſtens in anima bruti poteſt immutare animam rationalem ſic: vt per talem noticiam cognoſcat illō cuius eſt noticia ſeu ſimilitudo. Hec propoſitio probatur. Naʒ anima rationalis ſimpliciter indiuiſibilis eſt: ⁊ nullo modo multiplicabilis: vt ſunt ſpecies. Noticia vero bruti diuiſibilis eſt extenſiue ſm communem opinionem: quare nullam ſeruat proportionem cum ipa anima rōnali: ideo non poteſt eidem inherere. Nec valet dicere: ꝙ eodem argumento probaretur noticiã Socratis in anima Platonis exiſtentem eidē anime non eſſe proportionabilem. Quum illa noticia ſit diuiſibilis intenſiue ſeu gradualiter. Aīa vero eſt ſimpliciter indiuiſibilis. Ad iſtud dico illam diuiſibilitatem noticie gradualeʒ ſeu intenſiuam non impedire inherentiam eiuſdē. Bene verum eſt ꝙ impediret: ſi talis noticia extenſiue eſſet diuiſibilis: aut per multiplicationem ſe haberet. Ex tribus his propoſitionibus facile patet ſolutio ad dubium: dicendo negatiue ſcilicet ꝙ nulla naturalis ſimilitudo Socratis exiſtens in anima bruti poteſt immutare animam rationalem.

¶ Prima cōcluſio. Aliquis eſt terminus ſcriptus qui oculo videtur cuius quidem termini infiniti termini in potentia ſcripti: eidem termino equales ⁊ non communicantes oculo pariter videntur. Hec cōcluſio probatur. ſit iſte terminus homo ſcriptus in corpore diaphano ⁊ trãſparenti vtpote in cryſtallo vel in aliquo alio huiuſmodi ſic ꝙ ex tali corpore fiant quattuor littere hunc terminum homo componētes: ⁊ terminus iſte homo ſit digitalis quantitatis. Hoc poſito verum eſt dicere ꝙ ille terminus homo videtur: ⁊ etiam color illius termini: qui etiam eſt terminus videtur: ⁊ quum talis color ſm ſe ⁊ ꝙ̃libet ſui parteʒ videatur: poſtꝙ̃ inheret corpori diaphano: ſequitur ꝙ quelibet pars illius coloris ſm intenſionem etiam videtur. Sed infinite ſunt tales partes non communicantes: q̃ toti termino ſunt equales: igitur concluſio ē cōcedenda.

¶ Secunda concluſio. Aliquis eſt terminus vocalis: qui non eſt accidens: vt dicit prima opinio. nec eſt aer: vt dicit ſecunda. Nec etiam eſt aggregatum ex aere ⁊ vapore: vt tertia opinio deffendit. Probatur iſta concluſio. Proferat Socrates hanc condicionaleʒ. ſi eſtas ſicca ſiccuſq; autūnus aquilones habuerit: mulierib⁹ ⁊ omnibus pituita abundantibus ſecunda valetudo cōtinget. Et ſuppono fiat moroſa interruptio inter prolationem añis ⁊ ꝯñs. hoc igit᷑ poſito habetur concluſio in veritate. Nam ſi ꝑmam opinionem deffendamus dicendum eſt: ꝙ tota condicionalis non eſt accidens ſed accidētia. Et ſi ſecunda teneatur opinio: fatendum ē: aſſumptam condicionalem: nullum aerem eſſe. ſed bene aeres. Et conformiter dicatur ſi tertia opinio deffendatur.

¶ Tertia concluſio. Aliquis eſt termin⁹ mentalis qui Socratem naturaliter proprie repreſentat: ipo tamen manente in anima rationali aptiſſima cognoſcere Socratem: non repſentabit Socratem. Hec concluſio probatur: ponatur caſus ꝙ Plato hēat naturalē Socratis ſimilitudinem: que ab anima Platonis tanꝙ̃ a potētia ⁊ a Socrate tanꝙ̃ ab obiecto ſit producta. Ponatur illa noticia in anima Ciceronis non amplius manente in anima Platonis. Tunc illa noticia non repreſentabit Socratem naturaliter proprie. ⁊ ratio huius eſt: q᷑ noticia C quecunq; ſit ꝯcapit ſuam ſignificationem naturaliter propriã: partim ab anima: partim ab obiecto: a quibus producebatur: ⁊ q᷑ illa noticia poſita in aīa Ciceronis nō eſt in aīa que produxit eandem noticiam: iō talis noticia non repreſentabit Socratem nãliter ꝓprie Ciceroni. Et ꝙ̃uis oppoſitū hui⁹ ꝯcluſionis paſſim ab oīb⁹ cōcedat᷑: teneo tñ qō dictū eſt.

¶ Terminus mentalis.

Vltimatus. Inultimatus.



Erminus mentalis vltimatus eſt termin⁹ mētalis qui non ē eq̃ termini terminorumue ſimilitudo. ⁊ tales ſunt Socratis veſtigium. ⁊ omnium animalium ſimilitudo. necnon cunctorum entium imago.

¶ Terminus mentalis inultimatus eſt terminus mentalis qui eſt equa termini terminorumue ſimilitudo. vt ſunt naturalis imago huius ſcripture deus: ⁊ imago huius vocis angelus: atq; etiam conceptus omnis qui de ſolo conceptu conceptibuſue habetur terminus inultimatus eſt nominãdus. ⁊ omnis talis appellatione altera dicitur reflexus. Quod ſi aliquis fuerit conceptus non de ſolo cōceptu aut conceptibus ſolis habitus: cōceptus directus dicatur.

Queritur tertio vtrum diuiſio terīi mētalis ī mētalē vltimatū ⁊ mētalē inultīatū cū mēbrorū diffinitionib⁹ ſit a nobis ſufficiēt aſſignata.

¶ Primo notandum eſt pro declaratiōe ꝑoris diffinitionis: ꝙ prolata iſta voce Socrates confeſtim formamus conceptum eiuſdē vocis: ⁊ ille dicitur inultimatus: deinde alter cōceptus habetur: qui nobis Socratem ipſum repſentat ⁊ ille dr̃ ꝯcept⁹ vltimat⁹. Nã ipe ē vltimo habitus. ⁊ vt in pluribus vltimatus cōceptus is dicitur: q̃ vltimo generat᷑. Simpliciter tñ loquendo dicimus: ꝙ non ex eo terminus mentalis dr̃ vltimatus: quia ſit vltimo habitus: vel vltimo ꝓductus. Nam ſtat ꝙ prius habeam⁹ conceptuʒ vltimatum de aliqua re: ꝙ̃ conceptuʒ inultimatum termini ſignificãtis eãdē rē. vbi gr̃a. Preſentata aliq̃ re cui⁹ nomen ignorat᷑: ſtatim intellectus format conceptum vltimatum eiuſdem rei. Et ſi poſtea declaratur nomen eiuſdem rei:

formať talis nominis conceptus inultimatus. Aduerte inſuper ꝙ non dicit̄ conceptꝰ vltimatus qui habet de aliqua re: qꝛ ipſa res ſignificat̄ per aliquem terīm vocalem vel ſcriptū. Nam eſt bene poſſibile: de aliquā re habeatur conceptus vltimatus: ⁊ tamē ꝙ nō ſit aliquis terꝰ vocalis aut ſcriptus qui talem rem repreſentet. Qm̄ ſi nullus eſſet terꝰ vocalis aut ſcriptus: adhuc de Socrate haberet̄ ꝯceptꝰ vltimatꝰ. Dicamꝰ igit̄ ꝙ pro tanto aliquis terminus dicitur vltimatꝰ: qꝛ eſt mentalis ſignificans aliq̇d vt noticia Socratis. vel aliqua vt noticia populi. vel aliq̇liter vt actus ſyncathegorematicus huius dictionis omnis. In hac mētali vltimata oīs borealis ⁊ ſicca eſtas atqꝫ autumnus infeſtat billioſos. Et illud illa ⁊ talr̄ non eſt equa ſiue diſtincta termini vel terminoꝝ ſimilitudo. Unde eſt aduertendum: ꝙ per equā ſiue diſtinctam terīi aut terorū ſimilitudinē intelligimus ꝯceptuꝫ: q̇ ſolū terīm vel teros repreſentat. ⁊ hoc ī quātū huiuſmodi.

¶ **Secundo notādum eſt pro declaratio**ne poſterioris diffinitionis: ꝙ terꝰ inultimatus nō iō dicitur inultimatus: qꝛ ſit p̄mo formatus: ⁊ non vltimo generatus. qm̄ vt dictū eſt in precedenti notabili: ſtat prius habere conceptū vltimatum ⁊ poſterius inultimatū. Preterea ē aduertendum: ꝙ nō ꝓpterea dicitur inultimatus: qꝛ ſit naturalis ſimilitudo terīi. qm̄ naturalis ſimilitudo oīum entiū eſt etiā naturalis ſimilitudo terīi. quum naturaliter oē ens qđ eſt terꝰ rep̄ſentet. Nec etiā ꝓ tanto dicitur terꝰ mētalis inultimatus ꝙ eſt naturalis ſimilitudo terīi vocalis vel ſcripti. qm̄ naturalis ſimilitudo terīi mentalis que habet̄ per reflexioneꝫ ē terꝰ inultimatus ⁊ tm̄ non eſt vocalis aut ſcripti terīi ſimilitudo. Dico igit̄ ꝙ ea de cauſa dicit̄ cōceptus inultimatus ſiue terꝰ mentalis inultimatus: qꝛ ē naturalis ſimilitudo terīi vel terminoꝝ diſtincta ſiue equa qđ ideꝫ eſt. per equā ſimilitudinē intelligo ꝙ ſignificet ſuum ſignificatum ſub rōne q̄ ē terꝰ vel terīi quemadmodum ē naturalis ſimilitudo q̄ de iſto tero leo habetur: ⁊ illa q̄ habet̄ de iſtis teris hō angelus ⁊ ꝯſīr. Eſt inſup aduertendum: ꝙ oīs terꝰ qui eſt diſtincta conceptus ſimilitudo: eſt etiā dicendus mentalis inultimatus: q̄lis eſt ſimilitudo que habet̄ de imagine ſiue conceptu Socratis. ⁊ oīs talis vocat̄ terꝰ reflexus: ꝓ quanto intellectꝰ reflectitur ſup priꝰ habitā noticiā vnam alterā ꝓducendo.

¶ **His notatis titulo queſtiōis talis po**nitur cōcluſio reſponſiua. Diuiſio termini mentalis in terminum mentalem vltimatum ⁊ terīm mētalē inultimatum cū mēbrorum diffinitionibus eſt bona atqꝫ ſufficiens a nobis aſſignata.

PRimo ⁊ principaliter argumētor contra poſitam cōcluſionē. Si eſſet aliquis terꝰ vltimatꝰ maxime eſſet naturalis ſimilitudo Socratis. ſed hoc non eſt dicendum: quod ſic probat̄: qm̄ naturalis illa ſimilitudo Socratis ſignificat ad placitum Socratem: ergo non eſt terminus mentalis vltimatus. Nam dato oppoſito ꝯſequentis cum antecedente ſequitur eundem terīm naturalr̄ ꝓprie ſignificare ⁊ ad placitū in mente vltimata: ſed iſtud eſt inconueniens: igit̄ nullo mō eſt cōcedendum. Sꝫ ꝙ ſequatur illud notiſſimuꝫ eſt: iam ꝓbatur āñs vcꝫ ꝙ naturalis ſimilitudo Socratis q̄ dicitur terꝰ inultimatus ſignificet ad placituꝫ. Bene ſequitur ipſa ſignificat ex conuerſione intellectus ad obiectum: ſic ꝙ ſi intellectus non conuerteret̄ ad obiectum talis noticia non rep̄ntaret Socratem. ⁊ quum oīs talis conuerſio intellectus ad obiectū ſit mere voluntaria ⁊ ad placitum. Nam in poteſtate intellectus eſt ꝙ ſe conuertat ad obiectuꝫ: ergo ſi conuertitur ideo eſt: qꝛ ei placet: igit̄ rep̄ntatio ſiue ſignificatio talis noticie eſt ad placitū. quod fuit probandum.

¶ **Confirmatur ſi ea que dicta ſunt in no**tabilibus eſſent vera ſequeretur aliquem terīm nunc eſſe mentalem vltimatum: ⁊ ipſo exiſtente in eadē anima efficeret̄ terꝰ mentalis inultimatus: ſed hec videntur repugnare ad inuicem: ergo que habita ſunt in notabilibus a vero ſunt aliena. ꝯſña patet. ⁊ āñs probatur. ſit caſus ꝙ Socrates habeat terīm mentalem vltimatū puta naturalem Platonis ſimilitudinem: ⁊ ipſo tero manente in aīa Socratis imponatur plato ab aliquo autentico impoſitore ad ſignificādum oēs homines. In iſto caſu habet̄ veritas āñs. Nam conceptus ille vltimatus in aīa Socratis efficitur non vltimatus. Qm̄ efficitur naturalis ſimilitudo terīi diſtincta quuꝫ ſit naturalis ſimilitudo Platonis qui eſt terꝰ.

¶ **Ad primum principale rñdeo. ſecundū** doctrinam Pauli veneti in ſecundo dubio ſue quadrature concedendo illud qđ pretendit: argumentum vcꝫ ꝙ oīs terꝰ mentalis ſiue vltimatus ſiue inultimatus ſignificat ad placitū. Qm̄ oīs talis ſignificat ex conuerſiōe intellectus ad



obiectū: q̇quidem conuerſio eſt mere libera ⁊ voluntaria. Si enim non placeret intellectui: non fieret talis cōuerſio: ⁊ ꝑ ꝯñs nec talis repreſentatio. Et iſta ꝯña nihil valet: iſte terꝰ ſignificat ad placitum: ergo ſignificat ex impoſitiōe. Ita eſt Pauli veneti doctrina. ⁊ ad argumentum ſoluo. ¶ Hac tm̄ ſolutione nō obſtante aliter ad argumentum rñdeo, negando ꝙ naturalis ſimilitudo Socratis ſignificet ad placitū. Concedo tm̄ ipſam eſſe terīm mentalem vltimatum. ⁊ ad improbationem nego ꝙ ſignificet Socratem ex conuerſione intellectus ad obiectum. Sic vcꝫ ꝙ illa conuerſio intellectus ad Socratem ſit cauſa q̄re naturalis Socratis ſimilitudo ſignificet Socratem. Immo vr̄ oppoſitum eſſe dicendum. ſ. naturalem Socratis ſimilitudinem eſſe cauſam q̄re intellectus cōuertitur ad Socratem: ipm̄ Socratem intelligendo. Dico igitur ꝙ data Socratis ſimilitudo Socratem ipm̄ naturaliter proprie ⁊ vltimate repreſentat. ⁊ nullo mō ad placitum nec ex impoſitione. Et conuerſio illa intellectus ad obiectum non efficit nec cauſat talem rep̄ntationē. Nollo tm̄ negare: quin intellectus ſit cauſa ſine qua non ſignificaret illa naturalis Socratis noticia ipſum Socratem. ipm̄ etiam obiectum dicitur cauſa: ſine qua non. reſpectu date noticie. Sed non iō ſequitur ſignificationeꝫ talis noticie eſſe ad placitum ⁊ voluntariam: ſed dicendum eſt: noticiam illam perinde ſeſe habere in repreſentando ſocratem ac ignis in producēdo calorem in paſſum debite diſpoſitum ⁊ approximatum. Ūn̄ ſi Plato applicuerit aliquem igneꝫ alicui paſſo: ſolus ignis ageret in paſſuꝫ: ⁊ nullo modo Plato qui talem ignē applicuit. Ita imp̄ntiarum dicendū videt̄. Intellectus .n. partialiter concurrit cum obiecto ad ꝓductionem noticie Socratis. Et id concurrere vocatur conuerſio intellectus ad obiectuꝫ. ⁊ talis conuerſio eſt mere naturalis atqꝫ libera. Rep̄ſentatio tm̄ noticie non voluntaria ſed naturalis eſt dicenda. Nam quemadmoduꝫ ignis mere naturaliter agit in paſſum extrinſecum ꝓducendo ignem ⁊ ad talem actioneꝫ nullo modo concurrit Plato: ꝗuis ipſe Plato libere cōcurrat ad applicationem ignis ad paſſum: ita cenſendum eſt noticiam vltimatam Socratis mere naturaliter Socratem ſignificare. nec ad talem ſignificationem concurrit actiue intellectꝰ: Sed ſolum paſſiue ⁊ naturaliter. nō auteꝫ libere immo ipſo reluctante apprehēdet Socratē: quandiu Socratis noticia in ipſo intellectu reperiatur: ⁊ quemadmodum dictum eſt de noticia abſoluta Socratis: q̄ eſt conceptus vltimatus ipſius Socratis: ita cenſenduꝫ eſt de quolibet alio conceptu vltimato. Si igitur intellectꝰ in conuertendo ſe ad obiectū libere concurrat: hoc eſt ad ꝓductionem alicuius conceptus: ſed non ad repreſentationem ſiue ſignificationem eiuſdem. Patet igitur ad argumētum ſolutio ſcḋm hoc quod diximus.

¶ **Ad confirmationē rñdeo. cū cōiter lo**q̄ntibꝰ cōcedēdo illatū. Nā vt argum̄ bene ꝓbat conceptus vltimatus Platonis efficitur inultimatus ipſo ſemper manente in aīa Socratis: ⁊ rō eſt qꝛ talis conceptus efficitur naturalis ſimilitudo terīi diſtincta: qm̄ Plato incipit eſſe terꝰ per impoſitionē. ¶ Ex hac ſolutione infero: ꝙ ſi Plato deponatur ab illa ſignificatiōe: ille cōceptus fiet vltimatus. ⁊ ex hoc ſubſequit̄ conceptum vltimatū ⁊ inultimatū nō differre ſpecie: immo nec numero. Et ſcḋm hanc ſolutionē oportet dicere: terminos mentales variari de vltimatis in inultimatos: quēadmodum variant̄ mentales propoſitiones que contingentes ſunt d̄ vero in falſum. ita vcꝫ ꝙ habita iſta propoſitione Socrates currit ⁊ hoc in aīa Platonis: in poteſtate Socratis eſt illam propoſitionem de vero in falſum ⁊ de falſuꝫ in verum cōmutare ipſo Platone nolente. Nā ſi Socrates currat: reddetur vera. ⁊ ſi quieſcat: falſa. ⁊ ſi iterum currat: vera. ⁊ ꝯſīr ad ſocratis placitum. Ita videt̄ dicendum ꝙ ſi ſocrates habeat noticiam Platonis ⁊ ſit Cicero verus impoſitor ⁊ depoſitor terminorum: ꝙ eſt in voluntate Ciceronis facere conceptum vltimatum quem habet ſocrates de Platone eſſe conceptum inultimatum ⁊ iterū vltimatū ⁊ ꝯſīr ꝓ ſuo bn̄placito. ¶ Et ſi hec ſoluō videat̄ minus bona: poteris tamē dicere: ꝙ conceptus ille quem habet ſocrates de Platone eſt conceptus vltimatus: ꝗuis Plato ſit impoſitus ad ſignificandum homines. Et ſi in oppoſitum arguas: ille cōceptus eſt nālis ſimilitudo termini diſtincta: ergo ſequit̄ ꝙ ē cōceptꝰ inultimatus. Ad iſtud reſpondeo: ꝙ nō eſt nālis ſimilitudo termini diſtincta eo: ꝙ ſocrates neſcit an Plato ſit impoſitus ad ſignificandum. immo quando ſciret ſocrates impōnentem: non fieret in eo noticia Platonis cōceptus inultimatus: qm̄ dato oppōito haberet̄ ꝙ terminus abſolutus immutaretur in connotatiuꝫ: quod impoſſibile putamus. ¶ Notabis igit̄ ꝓ



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iſta parte hoc documentum ⁊ regulaꝫ. Omnis conceptus inultimatus eſt terminus connotatiuus. Nam omnis talis repreſentat ſuum ſignificatum ea rõne: qua ipm ſignificatum eſt terꝰ vel termini. ⁊ vbi hec connotatio non inuenitꝛ in aliquo inultimato conceptu: non eſt dicendꝰ inultimatus. ¶ Ex iſtis infero: ꝙ ſi Cicero formet noticiam Platonis: prout Plato oẽs homines ad placitum ſignificat: illa non erit ſynonima cum noticia quã Socrates habet de platone. ¶ Secundo infero: nullum eſſe conceptũ inultimatuꝫ ſcripture in aĩa ruſtici: qui ſimplr̃ ignorat quid ſit terminus ſcriptus. Volo dicere: ꝙ ſi ruſticus aduertat circa hanc ſcripturaꝫ homo: naturalis ſimilitudo iſtiꝰ ſcripture ĩ aĩa eiuſdem ruſtici dicetur conceptus vltimatus: ⁊ nullo modo inultimatus. Nolo enĩ negare ſimpliciter nullos eẽ terminos mentales inultimatos in aĩa ruſtici. Nam oẽs ſimilitudines ter̃oꝝ ſue lingue in aĩa eiuſdem ruſtici cõceptus inultimati dicũtur. Nec ruſticus ignorat verba ſue lingue ſeu vocabula diſtingui a rebꝰ ſignificatis: ⁊ hoc ſufficit ad hoc: ꝙ formet conceptus inultimatos ter̃oꝝ ſue lingue. ¶ Sequitur tertio hunc ter̃m ſcriptum homo tribus conceptibus diſtinctis ⁊ nõ ſynonimis ſubordinari duobus vltimatis ⁊ vni inultiato. Subordinatꝛ enĩ conceptui vltimato oĩum hominũ: ⁊ conceptui vltimato ipſius ter̃i: ⁊ hoc non vt terꝰ eſt: ſed vt eſt in reꝝ natura hoc aliqͩd vel hec aliqua: ⁊ talẽ conceptum format ruſticus. ⁊ qñqꝫ vir ꝑitꝰ. Deinde ſubordinatꝛ conceptui inultimato: quo ipe terꝰ ſcriptꝰ hõ intelligitꝛ vt terꝰ. Et talis ꝯceptus poteſt eſſe duplex: ſingularis vꝫ qui de ſolo ipſo termino habetur: ⁊ cõis qui de ipſo ⁊ ſimilibus poteſt formari. Inter duos reſpondendi modos citatos priorẽ reijcio: ⁊ poſteriorẽ defendo. qꝛ verus eſt ⁊ mea ſnĩa ſolidus.

¶ Secundo ⁊ principaliter argumẽtor: Naturalis ſimilitudo iſtius termini ſcripti buf eſt terꝰ mentalis: ⁊ tñ nec eſt vltimatus nec inultimatus: igitꝛ diuiſio nulla. Et loquor de nãli ſimilitudine ꝙ intuitiue Socrates illũ ter̃m buf cognoſcit vt ter̃s ẽ. ꝯña facta ẽ notiſſima cũ priori parte añis: ⁊ poſterior pars ꝓbatꝛ. Pono caſum ꝙ illud atramentum ex quo ſcribitꝛ ille terꝰ buf ſine deꝑditione alicuius partis eo pacto cõdenſetur per vnam horam: ꝙ in inſtanti terminatiuo manebit ſub alia figura: quam nũc hẽt. verbi grã ſub figura rotunda, tunc ſic argumẽtor. Vel in inſtanti terminatiuo hore eadeꝫ naturalis ſimilitudo illiꝰ atramenti erit in aĩa Socratis: vel non. ſi des ꝑmum: peto vtrum erit cõceptus vltimatus: vel inultimatus. Neutruꝫ illorum videtur dicendum. Imprimis ꝙ non erit conceptus inultimatus patet: non erit naturalis ſimilitudo ter̃i diſtincta vt ſatis conſtat: qm̃ pro tunc illud atramentum non erit terꝰ. Nec etiam dicendum eſt: ꝙ in illo inſtanti terminatiuo hore illa naturalis ſimilitudo erit cõceptꝰ vltimatus. Nam illa naturalis ſimilitudo que erit in inſtanti terminatiuo hore eſt iſta q̄ nunc eſt huius ter̃i buf. ſed nũc eſt conceptus inultimatus: quiꝫ ſit naturalis ſimilitudo ter̃i diſtincta: ergo habeo propoſitum.

¶ Confirmatur: Si aliquis eſſet conceptus inultimatus maxime eſſet naturalis ſimilitudo huius propoſitionis ſcripte hõ eſt aĩal. ſꝫ hoc eſt falſuꝫ: igitꝛ. ꝙ autẽ illud ſit falſum ꝓbo. Naturalis ſimilitudo illius propoſitionis ſcripte non eſt conceptus: ergo non eſt cõceptus inultimatus. ꝯña eſt notiſſima: ⁊ añs ꝓbatꝛ. Talis naturalis ſimilitudo non eſt ens: nec poteſt eſſe ens: ergo propoſitum.

¶ Ad ſecundum principale reſpondeo: Concedendo naturalem ſimilitudinem iſtius termini buf in ſcripto qua intuitiue Socrates cognoſcit illuꝫ ter̃m buf eſſe conceptum inultimatum: ⁊ admiſſo caſu dico noticiam illam intuitiuam que in principio hore erat conceptus inultimatus deſinere eẽ ⁊ corrumpi ante inſtãs terminatiuum. Nam ſolum per illud tẽpus durat: per quod intellectus apprehẽdit illud atramentuꝫ vt eſt terꝰ buf. ⁊ quum amplius non ſit terminus: nõ ampliꝰ illa noticia intuitiua habetur de eo: nec conceptus inultimatꝰ. Ex hac ſolutione ſequitur: ꝙ ſola accidẽtalis variatio qñqꝫ eſt corruptiua cauſa conceptus inultimati ⁊ noticie intuitiue. Voco noticiam intuitiuam: noticiã que habetꝛ de re preſenti vt preſens eſt. Et ꝗuis illud atramentum ſemper ſit preſens: non tñ ꝓpterea ſequitꝛ: ꝙ de eo habetur noticia intuitiua: que clare repreſentet ipm atramentũ vt eſt terꝰ. Illa enim variatio figuralis ẽ cauſa: quare noticia intuitiua ter̃i deperdatꝛ. Nam accidentia que in illo ter̃o buf inueniuntꝛ puta figura. ordo lr̃aꝝ. quantitas. color. ⁊ alia huiuſmodi maximam partem cõferunt ad cognitionem intuitiuam habendam illiꝰ ter̃i: pariter ⁊ ad habendum conceptum inultimatuꝫ eiuſdẽ.



Et per oppoſitum deperditio taliuꝫ accidentiũ maxime confert ad deꝑditionem talis noticie intuitiue ⁊ conceptus inultimati. Sed iam peteres: vtrum in inſtanti terminatiuo hore hẽatꝛ cõceptus vltimatus vel inultimatus illius atramenti. Dico ꝙ habebitꝛ conceptꝰ vltimatꝰ: q̄ noticia intuitiua eiuſdem atramenti dicetꝛ. ſed nõ erit noticia termini.

¶ Ad confirmationem rñdeo admiſſa cõſequentia negando poſteriorem añis parteꝫ: ⁊ ad probationẽ nego añs: vꝫ ꝙ naturalis ſimilitudo huius propoſitionis hõ eſt animal non ſit cõceptus. Et quiꝫ ſic probatꝛ: nõ eſt: nec eſſe pt: ergo propoſitum. Rñdeo ꝙ ꝗuis ꝯña nihil valeat ꝯnegando añs. Dico igitꝛ naturalem ſimilitudinẽ cui hec ſcriptura hõ eſt aĩal ſubordinatur eſſe conceptum inultimatum ⁊ aliquod ſimplex ens. ¶ Et ſi in oppoſitum arguis. cõceptꝰ inultimatus illius ꝓpõnis cõponitꝛ ex tribus cõceptibus inultimatis: puta ex cõceptu inultimato ſubiecti deinde copule. poſtmodum predicati. Sed ille tres conceptꝰ partiales non efficiũt vnam qualitatẽ: ⁊ ꝑ ꝯñs nec aliquod ens: igitꝛ ſolutio nulla. Rñdeo: vt rñſum ẽ: ꝙ cõceptꝰ inultimatus illius propoſitionis eſt ens ⁊ vna q̃litas ſimplex: q̄ repreſentat illam ꝓpõnem. ⁊ nego ꝙ componatꝛ ex conceptibus ſubiecti copule ⁊ predicati. Do tibi vnum ſimile. preſentato vno cumulo tritici tu formas conceptum ſimplicem totius cumuli: ⁊ nullius grani peculiarem cõceptum acquiris. Preterea ꝓñtato iſto ter̃o hõ formatꝛ cõceptꝰ inultimatus aggregati omniuꝫ lr̃aꝝ: hoc eſt totiꝰ ter̃i: vbi tñ non formantꝛ peculiares lr̃aꝝ cõceptus. Ita dicendum eſt: ꝙ aggregati illoꝝ trium ter̃oꝝ hõ: ẽ: aĩal: formas cõceptum ſimplicẽ: q̄ non cõponitꝛ ex cõceptibꝰ partialibus ſubiecti copule ⁊ predicati. ¶ Sequitꝛ ex iſta ſolutione aliquam eſſe cathegoricã ꝓpõnem: q̄ nõ componitꝛ formaliter ex ſubiecto copula ⁊ predicato.

¶ Contra illud quod dictũ eſt argumentor. Sequeretꝛ pari ratione ꝙ cõceptꝰ vltimatꝰ huius ꝓpõnis hõ ẽ aĩal eẽt ſimplex q̃litas ⁊ nullo modo cõpoſita: ſꝫ ꝯñs eſt falſum. Naꝫ ex nãli ſimilitudine omnium hominum ⁊ naturali ſimilitudine oĩum aĩalium ⁊ iſto actu verbali eſt cõſurgit tota ꝓpõ. ⁊ per ꝯñs dicetꝛ cõpoſita ex ſubiecto copula ⁊ p̃dicato. ſꝫ eadem rõ eſt in inultimata ꝓpõne: igitꝛ ipſa ẽ cõpoſita. quod ẽ cõtra negatum.

¶ Ad iſtud reſpondeo negando illam ſimilitudinem. Naꝫ mẽtalis vltimata ẽ cõpoſita ex ſubiecto copula ⁊ predicato. ⁊ ſignificatiua per ſe rõne ſuaꝝ partium vere vel falſe: ſꝫ inultimata ꝓpõ nullo modo eſt ſignificatiua veri vel falſi: nec de per ſe nec rõne ſuaꝝ partium: ſꝫ ꝓ tãto cõiter cõcedimus verum vel falſum ſignificare: qꝛ ſubordinatꝛ in ſic ſignificando vni alteri ꝓpoſitioni: que verum vel falſum ſignificat.

¶ Tertio ⁊ principaliter argumentor: Hec ꝓpõ hõ ẽ buf in mente eſt terꝰ mentalis: ⁊ tñ nec ẽ vltimatus nec inultimatus: igitꝛ rñſalis cõcluſio eſt falſa. ꝯñaꝫ relinquo notam cũ priori añis parte: ⁊ poſterior ꝓbatꝛ. ille terꝰ ſic ſe habet ꝙ partim ẽ vltimatus ⁊ parti inultimatus: igitꝛ vel dicetꝛ mixtus vel vltimatus ⁊ inultimatꝰ copulatim vel copulatiue: ſꝫ quodlꝫ iſtoꝝ eſt incõueniens: igitꝛ.

¶ Confirmatur: Imponatur hic terminus buf ad ſignificandum oẽs tales ter̃os, ſcriptos angelus angelꝰ: tũc argumẽtor. Prolato iſto ter̃o buf duo formantur conceptꝰ: alter inultimatus eiuſdem ter̃i ꝓlati: ⁊ alter vltimatꝰ. q̄ ẽ reꝝ ꝓprie ſignificataꝝ: puta hoꝝ ter̃oꝝ ⁊ ſimiliũ angelus angelus. ſꝫ hic idem ſecundꝰ cõceptus eſt inultimatus: quum ſit terꝰ mẽtalis: q̄ ẽ equa ſine diſtincta ter̃oꝝ ſimilitudo: vt ſatis pꝫ. Quare deducitꝛ eundem ter̃m mentalẽ vltimatum ⁊ ⁊ inultimatum eſſe ⁊ per ꝯñs propoſitum.

¶ Ad tertium principale rñdeo per duas propoſitiones. Quaꝝ prior eſt hec. iſta ꝓpõ hõ eſt buf ſiue ſit ſcripta ſiue vocalis ſubordinatꝛ vni propoſitioni: q̄ eſt conceptus inultimatus. vꝫ vni ſimilitudini totius cõplexi q̄ eſt ſimplex qualitas in mente: repñtans talem ꝓpõnem hõ ẽ buf. Hec ꝓpõ pꝫ ex cõfirmatiõe ꝓxime p̄cedẽtis argumenti. ¶ Secunda propoſitio. Hec ꝓpoſitio hõ eſt buf ſubordinatꝛ ꝓpoſitioni mẽtali: q̄ eſt cõceptus vltimatꝰ: ꝓ quãto talis conceptꝰ nõ eſt eq̃ ter̃i ter̃oꝝue ſimilitudo. Et ꝗuis rõne predicati ter̃i ſimilitudo dicatꝛ: hoc tñ nõ arguit ipam ꝓpõnẽ debere dici cõceptũ inultimatum. Pro regula igitꝛ ⁊ infallibili documẽto obſeruetur oẽm ter̃m cõplexũ vocalẽ. ſ. ⁊ ſcriptũ duobꝰ conceptibus ſubordinari. Alteri vltimato. Alteri ꝓo inultimato. Nec opꝰ ẽ in hac p̄te aliq̃ mixtione vti: ꝗuis res ita ſeſe hẽat: ꝙ ꝓaſſumpta ꝓpoſitio copulatim ſit dicenda terꝰ vltimatꝰ ⁊ inultimatus.

¶ Contra priorẽ ꝓpoſitionem argumẽ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

toꝛ. Docet experientia ſi ſucceſſiue hec propoſitio proferatur homo ē buf: ita vꝫ vt ꝓlatio ſubiecti a prolatione copule ſeiungatur: ⁊ prolatio copule etiam ſeiungatur a prolatione predicati: ꝙ tunc tres noticie ſeu tres conceptus inultimati ſpecifice diſtincti formabuntur: ex q̄bus ipſa mentalis inultimata propoſitio conficit̄: ꝫ̄ male aſſeuerat ꝑoꝛ ꝓpō concedendo talē mētalem inultimatā ſimplicē eē q̄litatē. Eodē mō deduci pt̄ argm̄: ac fieri replica de hac ſcripta ꝓpōne hō ē buf. Nā experientia docet: quiꝫ Socrates legit eandē ꝓpōnē: ipm̄ Socratē pri⁹ concipere ſubiectū. deinde copulā. ⁊ demū predicatū. ⁊ per ꝯñs tres format inultimatos cōcept⁹: ex q̄bus ipa tota ꝓpō inultimata cōponit̄.

Ad hanc replicam reſpondeo concedendo experientias adductas: nego tamen eē notum ꝑ experientiā ex noticijs diſtinctis ſubiecti: copule: ⁊ predicati vocalis vel ſcripte ꝓpōnis cōfici aliquā mentalē inultimatam ꝓpōnē. Sit igit̄ ꝓ hac parte hec reĺa notanda. ¶ Oīs cōceptus inultimat⁹ ē q̄litas ſimplex nō cōpoſita ex pluribus diuerſaꝝ rōnū q̄litatib⁹. Et ſi obijtias: tūc ſeq̄ret̄ quēlꝫ talē eē terīn incōplexū. Ad hoc dico negādo ꝯñiaꝫ. Nā cōplexio in ſcriptis vocalib⁹ ⁊ mētalib⁹ inultimatis debet attendi ex parte vltimatoꝝ. ¶ Poſſet inq̄ri in hac pte: vtrū Socrates ſucceſſiue legens hanc ſcriptam ꝓpōnem hō ē buf formet vnam noticiā intuitiuam totalis ꝓpōnis: aut tres noticias: puta ſubiecti copule ⁊ predicati: vel quattuoꝛ noticias: duas. ſ. duaꝝ ſyllabaꝝ huius termini hō. ⁊ alias duas copule ⁊ predicati. vel decē noticias decē lraꝝ in ꝓpōne data inuentaꝝ. Eadē oīo via inquiri pt̄ in vocali ꝓpōne. ¶ Hoꝝ diſſolutio dimittit̄ impn̄tiaꝝ: q2 paulo peritioꝛes exigit auditoꝛes. Videbit̄ tn̄ deo duce in quarta ſectiōe nr̄e dialectice artis.

Ad confirmationeꝫ rn̄deo: admiſſa impoſitione huius termi buf: concedendo ipſum ſubordinari duobus conceptibus inultimatis: quoꝝ alter eſt nālis ⁊ eq̄ ſimilitudo huius termini buf. Alter vero conceptus eſt naturalis ⁊ diſtincta ſimilitudo hoꝛum teroꝝ angel⁹ angelus ⁊ ſimilium. Et nego hanc eandem taliuꝫ teroꝝ naturalem ſimilitudinē eſſe cōceptū vltimatū. ¶ Et ſi arguas: ille concept⁹ eſt naturalis ſimilitudo reꝝ ad placitū ꝓpe ſignificataꝝ ꝑ aliquē termi: ergo eſt concept⁹ vltimat⁹. Rn̄deo negādo ꝯñiaꝫ: oportebat enī ad inferēdū illā ꝯñs: ſumere cum añte hoc totum: puta ⁊ talis conceptus non ē naturalis ſimilitudo termi aut teroꝝ diſtincta. ⁊ tūc ꝯñia eſſet bona: ſed añs eſſet falſum pro hac ſecūda pte. Sequit̄ coꝛolarie hanc vocē cōcept⁹ duobus inultimatis cōceptib⁹ ſubordinari: quoꝝ alter eiuſdē vocis ē eq̄ ſimilitudo. Alter vero eſt diſtincta omnium conceptuum ſimilitudo. Et q̄uis alij dialectici aliō cēſeant in hac pte. dicentes tales conceptus eē vltimatos ⁊ etiam inultimatos: hoc tn̄ nō me mouet: poſtq̄ nullā concludentem rōnē aſſignāt.

Dubitatur primo vtrum hoc totū oīs hō eſt aīal ſit cōcept⁹ vltimat⁹ vel inultimatus: ſuppoſito ꝙ illa dictio oīs accipiat̄ in mēte nō vltimata: ſcḋm ſignificationē quā hēt ad placituꝫ diſtributiue: ⁊ hoc totuꝫ hō eſt aīal capiatur in mente vltiata. ¶ Ad iſtud dubium quidaꝫ nouelli ſcriptoꝛes nugas nouas adducunt: dicunt enim hoc aggregatum omnis homo eſt animal in caſu: ꝙ nec eſt terminus mentalis vltiatus: nec ter⁹ mentalis inultimat⁹: ſed bene verū eſt ꝙ eſt ter⁹ mentalis mixtus. Secūdo mō vn⁹ coꝝ rn̄det: datā ꝓpōnē eſſe terīn mētalē inultiatum: ⁊ dicit: ꝙ ſufficit ad aliquē terīn eē inultiatum: ꝙ vna eius ꝑs principalis ſit cōceptus inultimatus. Hec ē eoꝝ ſuccinta rn̄ſio. Succinte tn̄ ꝓbat̄ nihil valere. Implicat enī contradictionē ex conceptu inultimato hui⁹ termi oīs ⁊ cōceptu vltimato hui⁹ ꝓpōnis hō eſt aīal aliquē terminū conſurgere: ꝫ̄ male cōcedunt: ꝙ erit ter⁹ mixtus: ⁊ ꝓpō vera. Et ꝙ implicet illud ꝓbat̄ ſic: conceptus inultimatus illi⁹ dictionis oīs eſt ſimpliciter ter⁹ cathegoꝛematicus. Nā in dialectica hec reĺa ē notanda. ¶ Oīs ter⁹ inultimatus eſt ter⁹ pure cathegoꝛematic⁹. Hinc ſequit̄ nullum ſyncathegoꝛema eē repibile in mente inultimata. Hec reĺa ſimul cū coꝛolario ab oī dialectico eſt cōcedēda. Tūc argumētoꝛ. Si iſta dictio oīs in mēte inultimata ē purum cathegoꝛema: ſequit̄: ꝙ nō mutabit itellectū ad talr̄ vel taliter diſtributiue accipiendum ſubiectū ⁊ confuſiue predicatum iſtius ꝓpōnis hō ē aīal. q̄m pari rōne oīno deberent concedere ex iſto tero oīs in ſcripto ⁊ iſta mentali hō eſt aīal hanc ꝓpōnē ꝯſurgere oīs hō ē aīal: qḋ nō mō ē a ꝓo alienū: verumetiam ab experientia. Dicamus igit̄ ad dubiū breuiſſime: ꝙ totū illud aggregatuꝫ oīs hō eſt aīal nullo mō ē ter⁹: ⁊ ꝑ ꝯñs nec cōplex⁹: nec incōplex⁹: nec mixt⁹: nec aliq̄s ali⁹. ¶ Sꝫ ſi peteres: ſi illa dictio oīs ſumat̄ in mente vltimata: vtrum hoc totum oīs hō eſt aīal dicatur ter⁹ vltimatus aut inultimatus. Rn̄deo ꝙ erit vltimatus. Et ſi in oppoſitum arguas: ſeq̄ret̄ ꝙ aliquis ter⁹ vltimatus caderet a ſua ſignificatione: quod impoſſibile eſt ſcḋm oēs dialecticos. Et ꝙ illud ſequat̄: oñdo ſic. Volo vt huic toti ꝓpōni anteponatur negatio negās pura hec negatio nō: tunc argumentoꝛ. Ante aduentuꝫ negationis hoc ſignum omnis ſignificabat diſtributiue: ⁊ non ſic ſignificat aduentāte negatione: igit̄ ipſum ſignum omnis cadit a ſua ſignificatione: aut ſaltē ab aliq̄ ſua ſignificatiōe cadit: ſed vtrumq3 eſt negandum: igitur. Ad hōc rn̄debit̄ in ſexta queſtione: in qua agitur de teris ſyncathegoꝛematicis.



Dubitatur ſecūdo: vtrum eidem inultimate propoſitioni pariter ⁊ vltimate iſte due propoſitiones homo homo eſt: homo eſt homo ſubordinentur.

Ad hanc dubitationem reſpondeo ꝑ duas ſequentes propoſitiones. ¶ Prioꝛ ꝓpō. Ille due propoſitiones diuerſis mentalibus inultimatis ſubordinant̄. Naꝫ poſtq̄ oꝛdo dictionum eſt diuerſus: conceptus inultimati debent eſſe diuerſi. ¶ Secunda propoſitio. Ille due ꝓpoſitiones eidem vltimate ꝓpōni ſubordinant̄ huic vꝫ hō eſt hō. cuius ſubiectum ⁊ predicatū ſunt eadem q̄litas ⁊ idem ter⁹ oēs hoīes repreſentās iuxta hanc reĺaꝫ inuiolabiliter obſeruādam ſaltem ſcḋm diſcurſum nature. ¶ Quādocunq3 ſunt duo accidentia ſolum numero differentia: non poſſunt eidē ſubiecto inherere: quī conſtituant aliquod vnuꝫ. Et q̄uis a pleriſq3 dialecticis poſita reĺa patiat̄ exceptioneꝫ: ita vt dicant eſſe intelligendam: quādo inter talia accidentia nō mediat aliquod ſyncathegoꝛema: ratione cuius vnum accidens ab altero eiuſdē ſpeciei ſeiungatur: hanc tn̄ exceptioneꝫ ⁊ alias quas ipi ponunt: non admitto. Teneo igit̄ ſimpliciter reĺam vniuerſalr̄ veritatē continere.

Contra ſecundam propoſitionem pariter ⁊ poſitā reĺaꝫ triplicit̄ argumētoꝛ. Et ꝑmo ſic. Sequeretur intellectum nō poſſe ſimul duo ſynonima vltimata aprehendere: ꝯñs eſt falſuꝫ. ſed ꝙ ſequat̄ probo. Nam ſi aliq̄ aprehendere poſſet: maxime eſſent iſta Socrates eſt homo: Socrates eſt homo: ſed hoc non eſt dicendum: quum ille due propoſitiones huic ſubordinent̄ Socrates eſt hō: ⁊ non duabus propoſitionib⁹ realiter diſtinctis: igit̄.

Secundo argumētoꝛ. Sequeretur ꝙ habita hac vltimata ꝓpoſitione hō eſt animal: intellectus non poſſet hanc vniuerſalē ꝓpōneꝫ efficere oīs hō diſputat: quī ſubiectū prioꝛis ꝓpoſitionis concurrat ad ꝓductionem huius actus omnis.

Tertio argumentoꝛ: Sequeretur hāc propoſitionem Socrates ē Socrates ſolis duobus teris: altero cathegoꝛematico ⁊ altero ſyncathegoꝛematico contare: ſed hoc videtur abſurdum: igit̄.

Ad hec tria argumēta reſpondeo vno verbo: concedendo illata: ⁊ concedo etiaꝫ ſi hec ꝯñia formet̄ a ſynonimo ad ſynonimū puta hō eſt. hō ergo hō eſt hō ꝙ antecedēs eſt ꝯñs. Et ſic ꝯñia formata eſt vnica noticia: ⁊ duo actus

Contra datam reſponſionem argumentoꝛ. Sequeret̄ ꝙ iſte due propoſitiones eſſent ſynonime hō eſt hō. hō eſt. Quarum prioꝛ eſt ꝺ tertio adiacente: ⁊ poſterioꝛ de ſecundo: hoc tn̄ eſt falſum ex ſe: Nam nullus dialecticus conceſſit duas ꝓpōnes eē ſynonimas: quaꝝ extrema non ſunt ſynonima. Notū enim eſt predicata illarū duarū ꝓpōnum non eſſe ſynonima: bene q̄dem ſubiecta. Sed ꝙ illud ſequat̄ ꝓbat̄ ſic: hec ꝓpō hō eſt hō huic mentali ſubordinat̄ hō ē: ſꝫ eidē mētali oīno etiā ſubordinatur hec ꝓpō hō eſt: ꝫ̄ ille due ꝓpōnes ſunt ſynonime: quod erat probandum.

Ad iſtam replicam reſpondeo: negando has duas ꝓpōnes hō eſt hō hō eſt (intelligo ī voce vel in ſcripto) eē ſynonimas: ⁊ nego ꝙ eidem mentali ſubordinent̄. Bene verum eſt ꝙ hec ꝓpō hō ē huic ſubordinatur: hō eſt. ⁊ altera huic: hō eſt. in qua illa copula: eſt: nō eſt eiuſdē rationis cum illa copula: eſt: in altera. Nam copula verbalis: eſt: correſpondēs copule hui⁹ vocalis hō ē hō ē purum ſyncathegoꝛema. ſed copula verbalis: eſt: correſpondens copule verbali hui⁹ ꝓpōnis hō ē nō ē ſyncathegoꝛema: immo ter⁹ cathegoꝛematicus oīa entia mundi ſignificans. Quare ratione illaꝝ copulaꝝ ille propoſitiones mētales differunt ſpē: nec aliquo mō ſunt ſynonime. Bene verū ē ſubiecta eſſe ſynonima: ſed predicata nō. Sicut nec copule verbales. Nā ī altera illaꝝ copula v̄bal' hēt virtutē copule ⁊ predicati: ⁊ exercet officium copule ⁊ predicati. In altera vero ſubiectum hēt virtutē ſubiecti ⁊ predicati: ⁊ exercet officiū ſubiecti ⁊ predicati. Et ſic patet ad replicaꝫ ſolutio. Nec

non ad motam dubitationem.

¶ Dubitatur tertio: vtrum quilibet conceptus reflexus ſit conceptus inultimatus ⁊ intuitiuus ſignificans ea omnia: que per directū conceptum ſignificantur.

¶ Ad hoc dubium reſpondeo ꝑ tres ꝓpoſitiones. ¶ Prima ꝓpō. Omnis conceptus reflexus eſt mentalis inultimatus. Nam oīs talis eſt naturalis ſimilitudo termini aut terminorum diſtincta. Et ſi obijcias: conceptus q̇ hētur de aliquo conceptu ⁊ de aliqua anime paſſione puta gaudio eſt reflexus: ⁊ tñ non eſt inultimatus: quum non ſit naturalis ſimilitudo termini aut terminorum diſtincta: igitur ꝓpō poſita eſt falſa. ¶ Ad hoc rñdeo negando talez cōceptū eſſe reflexum: poſtq̄ nō eſt diſtincta termini aut terminoꝝ ſimilitudo. Dico igitur datum conceptum eſſe directum. ¶ Secunda propō. Aliq̄s conceptus reflexus eſt intuitiuus: ⁊ aliquis abſtractiuus. Nam omnis ille conceptus q̇ habet̄ de conceptu pñti aut preſentibꝰ vt pñres ſūt: dicitur intuitiuus. Ille vero conceptus qui hētur de conceptu vel conceptibus non exiſtentibus aut de exiſtentibus conceptibus ſed non vt exiſtentes ſunt: vocat̄ abſtractiuꝰ. iſtoꝝ exēpla facilia ſunt. ¶ Tertia propoſitio. Aliquis eſt conceptus reflexus ſignificans aliq̄: que proprie ꝑ directum conceptum ſignificant̄. Et aliquis eſt reflexus qui nulla ſignificat: que proprie per directum conceptum repreſentantur. Hec propō quoad eius partem priorem probatur: hic cōceptus: conceptus: eſt reflexus: quum ſit diſtincta conceptuū ſimilitudo: ⁊ ſignificet aliqua q̄ ꝓpe per directum conceptum omnium accidentiuꝫ ſignificantur. ⁊ probatur eadem propō quo ad eius poſteriorem partem: conceptus reflexus q̇ habet̄ de noticia Socratis ſolum proprie talez noticiam repreſentat: ⁊ nullo modo ipſum Socratem ſignificat: quum nulla penitus apparet ratio: q̄ Socratem debeat repreſentare. Patet igitur ad dubitationem per tres poſitas ꝓpoſitiones diſſolutio.

¶ Poſſent in hac parte moueri multe tales dubitatiōes: vtrum eadem materia in vnico loco pluribus aīs informata quelibet noticia ab vna aīa producta producat̄ etiam a q̄uis aīa. De ſenſitiuis enim noticijs videtur difficultas: ſꝫ adhuc maior de intellectiuis: quũ puriores dicantur noticie. ¶ Dubitaret preterea q̇ſq̄: corrupta ſemel noticia Platonis in aīa Socratis vtrum deus reproducta iteꝝ eadem noticia poſſet ipſam ponere inheſiue in aīa Socratis: ac erat antea. ¶ Ad iſtas dubitationes ⁊ pleraſq̄ alias non rñdeo impreſentiarū: q2 ſunt aliquo mō a nr̄o ꝓpoſito aliene: videbunt̄ tñ in quarta ⁊ quinta ſectionibus: in quibus termini mentales diffuſius diſputabuntur.

¶ Prima concluſio. Naturalis ſimilitudo huius termini hō eſt conceptꝰ inultimatꝰ: ⁊ tñ indiſtincte oēs hoīes ſignificat. Nam ad placitum oēs tales repreſentat. ¶ Sed forte peteret aliquis vtrum talis conceptꝰ dicatur inultimatus aut vltimatus: ⁊ hoc in quantum ſignificat ad placitum oēs hoīes. ¶ Ad hoc rñdeo negatiue: non enim hēo ꝑ inconueniēti aliquē termī eſſe ſignificatiuū: q̇ tñ nec eſt ſcriptus: nec vocalis: aut mentalis ſꝫm talē ſignificationem.

¶ Secunda concluſio. Aliquis eſt conceptus inultimatus: cui non correſpondet aliquis terꝰ ſcriptus aut vocalis: pbat̄. Naturalis ſimilitudo hoꝝ teroꝝ hō: angelus: eſt inultimatꝰ cōceptus: ⁊ tñ ei nō correſpondet ſcriptus terꝰ nec vocalis. Naꝫ hoc totū hō angelus: nō ē terꝰ ſꝫ teri. Et ex hoc ſequit̄ nō termī ſubordinari tero. Et ſi dicas: ſequeret̄ pari rōne aggregatum ex vno lapide ⁊ iſto tero hō conceptui inultimato ſubordinari. Rñdeo negando illatū: dico igit̄ datum aggregatum ſubordinari conceptui vltimato: pro quanto tale aggregatum nec ē terminus nec termini.

¶ Tertia concluſio. Nullus conceptus inultimatus fieri p̄t vltimatꝰ: nec ediuerſo. Nā oppoſito huius concluſionis dato facile ſeq̄ret̄: termī mentalē cadere a ſua ſignificatiōe. Et q̄uis multi dialectici diſſentiant ab hac nr̄a cōcluſione: non tñ adducunt cogentē rōnē: immo potius inuoluunt inconuenientia ꝑ rōne.

¶ Terminus.

Significatiuus. Non ſignificatiuus.



Erminꝰ ſignificatiuus eſt terꝰ aliquid: aliqua: vel aliquo modo proprie repſentans. ⁊ tales ſunt iſti teri hō: populus: ⁊ iſtō ſignum omnis.



Proprie ſignificant termini mētales etiam omnes termini ad placitum ſignificātes.

¶ Terminus nō ſignificatiuus eſt terminus nihil nec aliqua nec aliquo modo ꝓprie repreſentans: ⁊ tales ſunt quelibet littera: ⁊ iſte dictiones buf: baf. ⁊ cōſimiles.

Q ueritur quarto: vtrum diuiſio termini in terminum ſignificatiuum ⁊ terminum non ſignificatiuum cum membroꝝ diffinitionibꝰ ſit a nobis ſufficienter in textu aſſignata.

¶ Primo notandum eſt pro huius queſtionis declaratione: q̄ iſte terꝰ terꝰ qui diuiditur: ſumit̄ in toto ſuo ambitu vt oēm termī cōphendat. ſꝫm q̄ in prima queſtione data eſt de eo diffinitio dicendo. Terꝰ eſt pars enunciationis completa. Eſt igit̄ aduertendum q̄ ſignificare in propoſito nihil aliud eſt q̄ aliquid aliqua vel aliqualiter potētie cognitiue repreſentare. Dico potencie cognitiue ⁊ non intellectiue: vt aīalia cuncta comprehendantur in quibus vis cognoſcendi atq̄ potentia inuenitur: perinde ac ſi in ipſis rōnalibus aīalibus atq̄ āgelicis intellectibus. cognoſcunt. n. canes ⁊ noticias formāt q̄ plurimas: vt docet experientia. cognoſcunt pariter elephanti. Nam de ipſis legit̄: quendaꝫ fuiſſe inuentum elephantum: qui non modo in lectione fuit edoctus: verumetiam in ipſis litterarijs elementis depingēdis. vnumquodq̄ igit̄ aīal habet potentiaꝫ ad aliquid cognoſcendū. Aduerte inſuper q̄ q̄uis repreſentare loco generis ponatur in data diffinitione: non tñ ponitur tanq̄ terꝰ cōmunior: ſꝫ ſolum tanq̄ clarior: conuertuntur enim ſignificare ⁊ repreſentare. Quare autem ponuntur he particule aliq̄d aliqua ⁊ aliqualiter in data diffinitione ⁊ in diffinitionibus date diuiſiōis: ſatis patet ex multis ante dictis.

¶ Secundo notandum eſt: duplex eſſe ſignificare: Alterum eſt formale: Alterum vero inſtrumētale. Formaliter ſignificare eſt eſſe cōceptum rei vel rerum aut actum ſyncathegorematicum aliqualiter repreſentans: ⁊ hec ſignificatio que formalis eſt: ſolis mentalibꝰ terminis competit. Nam quiſq̄ mentalis terminus mentis forma nuncupatur. Significare inſtrumentaliter eſt eſſe inſtrumentū quo aliquis terminꝰ mentalis procreatur. ⁊ hoc modo dicimus terminos ſcriptos atq̄ vocales necnon pleroſq̄ inultimatos conceptus eſſe inſtrumenta quibus mentales intellectiones generantur. Sunt adhuc duo alia ſignificare ab alijs dialecticis aſſignata. Puta ſignificare obiectiue: ⁊ effectiue ſignificare. Significare obiectiue eſt eſſe obiectum quo aliq̄s terminus mentalis producitur. Et hac ſignificatione vnumquodq̄ ens mūdi poteſt ſignificare: poſtq̄ quodlibet tale p̄t eſſe obiectum alicuius noticie producende. Significare effectiue eſt eſſe cauſam efficientem alicuius procreande noticie: ⁊ hoc modo fatendum erit animam rationalem effectiue ſignificare: quando effectiue concurrit ad alicuius noticie productionem. Sed reuera hec duo poſteriora ſignificare abuſiua ſunt ⁊ parum accommoda ſpeculationi preſenti. ¶ Ueniendo igitur ad textualium diffinitionum declarationem: ſola hec particula proprie eſt elucidanda. Unde omnis ille terminus ⁊ ſolum talis ſignificat prope: qui aliquid aliqua vel aliqualiter aliud a ſe ⁊ ſibi ſimilibus repreſentat. naturaliter ſi fuerit mētalis. ⁊ ad placitum ſi ſcriptus aut vocalis extiterit: diuini ⁊ angelici termini atq̄ mixti ſi ponātur: ſuo diuerſoq̄ modo proprie repreſentant. ¶ His notatis pono titulo queſtionis hāc concluſionem reſponſiuam. diuiſio termini inſignificatiuum ⁊ non ſignificatiuum cum membroꝝ diffinitionibus ē bona: ⁊ a nobis rectiſſime aſſignata.

P Rimo ⁊ principaliter argumētor impugnando diffinitionem termini ſignificatiui. In illa diffinitione ponitur hec particula: aliqua: ſuperflue: ergo diffinitio eſt nulla. conſequentia ē manifeſta: ⁊ aſſumptum probatur. Non eſt dabilis terminus aliquis qui ſignificet aliqua: q̇n ille terminus ſignificet aliquid: ergo ſufficiebat particula illa aliquid cum ceteris particulis diffinitionis nō poſita hac particula aliqua. nota eſt conſequentia. ⁊ antecedens probatur. Nam ſi aliquis terminus aliqua ſignificaret ⁊ non aliquid: maxime eſſet hic terminus populus: ſed hic terminus populus ſignificat aliquid: quum ſeipſum terminum ſignificet: qui eſt aliquid: igitur antecedens eſt verum. ⁊ ſic relinquitur ꝓbatum intentum.

¶ Confirmatur. Iſte terminus chimera



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt terminus ſignificatiuus:⁊ tamen nihil nec aliqua nec aliqualiter repreſentat: igitur diffinitio nulla eſt. Conſequentia eſt nota cum priori antecedentis parte:⁊ poſterior pars probatur. Dato oppoſito ſi repreſentaret aliquid aliqua vel aliqualiter: aut illud eſſet poſſibile: aut impoſſibile:neutrum iſtorum eſt dicendum: igitur poſterior antecedentis pars erat vera. Patet conſequentia.⁊ antecedens pro parte priori.⁊ poſterior probatur ſic. Imprimis non repreſentat aliqualiter poſſibile nec impoſſibile: vt notũ eſt:quoniam chimera non eſt terminus ſyncathegorematicus.⁊ ꝙ non ſignificet aliquid poſſibile:nec aliqua poſſibilia:probatur. Chimera ſolum ſignificat chimeram:ſed nulla talis chimera eſſe poteſt:ergo nullã rem poſſibilem aut res poſſibiles ſignificat.⁊ ꝙ nullum impoſſibile aut impoſſibilia ſignificet probatur. Nihil eſt nec eſſe poteſt in rerum natura niſi illud ſit poſſibile:Etiam nulla ſunt nec eſſe poſſunt niſi poſſibilia:ergo nullum impoſſibile nec aliqua impoſſibilia ſignificat chimera. Quod erat probandum.

¶ Ad primum principale reſpondeo: negando hanc particulam:aliqua:ſuperflue poni in diffinitione termini ſignificatiui: ⁊ concedo ꝙ ponitur propter terminos collectiuos: quemadmodũ ſunt iſti termini populus.plebs.gens ⁊ alij huiuſmodi. Et quum arguis:hic terminꝰ populus ſignificat aliquid puta ſeipſum terminum:igitur propoſitum. Ad iſtud reſpondeo dupliciter:prius dato ꝙ populus in ſignificando ſe aliquid ſignificet:hoc eſt cõcedendum inultimate.ſed ſi vltimate capiatur ille terminus: ſiue pſonaliter. Dico ꝙ ſignificat aliqua:⁊ non aliquid. Secundo modo reſpondeo: negando ꝙ in ſignificando ſe aliquid ſignificet:⁊ loquor de iſto termino:populus:in ſcripto. Nã ille terminus in ſic ſignificando:ſeptem litteras repreſentat:que ꝗuis componãt hunc terminum populus;non tamen aliquam rem efficiũt. Et ita patet hunc terminum populus in ſcripto vtrauis ſignificatione terminum collectiuum eſſe.

Contra vtrãqꝫ ſolutionẽ argumẽtor: probando ꝙ populus aliquid ſignificet vltimate. Et pono caſum ꝙ Socrates in decem locis ponatur ſatis propinquis. Tunc argumentor ſic. Socrates in decem locis poſitus eſt populus:⁊ Socrates eſt vna res:ergo populus non modo vnam rem ſignificat:verumetiam pro vnica re ſupponit. Quod eſt contra negatum. Et ſupponimus pro argumento vnum verum: videlicet.ꝙ decem homines efficiant populum: ⁊ nõ pauciores. Benequidem plures. Nam ſi decẽ ſufficiunt:a fortiori viginti.⁊ conſequenter.

¶ Ad iſtam replicam reſpondeo admiſſo caſu. Negando ꝙ Socrates in decem locis poſitus efficiat populum:⁊ hoc:quia de ratiõe populi ẽ:ꝙ ſit diſtinctio realis inter populi ſuppoſita:qualis non eſt in illo caſu.

¶ Contra iſtam ſolutionem argumẽtor. Sit Socrates in vno loco integer:⁊ eius materia in decem decimas ſiue equales partes ſecetur.⁊ quelibet dcima in loco diſtincto a loco cuiuſlibet alterius ponatur:⁊ quelibet talis informetur eadem anima Socratis:ſic:vt ex qualibet earum cum anima Socratis vnus homo efficiatur. Tunc ſic argumentor: in illo caſu illi decem homines efficiunt populum:⁊ illi decẽ homines ſunt Socrates.ergo Socrates eſt populus.⁊ per conſequens illa dictio populus de ſignificatione vltimata aliquid ſignificat:ꝙ erat probandum.

¶ Ad iſtam replicam reſpõdẽt aliqui admiſſo caſu:concedendo Socratem in decem locis poſitum eſſe populum. Etiam concedunt illos decem homines (ꝗuis ſint partiales) populum efficere:⁊ ſic concedunt:ꝙ hec dictio populus aliquid ſignificat perſonaliter. ¶ Aliter ⁊ mea ſententia melius reſpondeo:ꝙ in illo caſu nec Socrates in decem locis poſitus nec illi decem homines efficiunt populum. ⁊ ratio eſt: quia de eſſentia populi eſt ſit realis diſtinctio inter ſuppoſita:quequidem diſtinctio realis ſumẽda eſt in pſentiarum ex parte animarum: ⁊ ita patet qualiter nec in priori caſu nec in poſteriori eſt concedendum populum reſultare ex poſitione Socratis in decem locis:aut ex diuiſione materie eius in decem partes cum informatiõe earundem. Quod autem decem homines ⁊ nõ pauciores efficiant populum:⁊ ꝙ tales debeãt realiter eſſe diſtincti:⁊ ꝙ eorum diſtinctio eſt ſumenda ex parte animarum facile deduci poteſt ex libro Geneſeos capite decimo octauo:vbi Abrahã orans deum ne quinqꝫ ille vrbes puta Sodoma Gomorra ⁊ reliqꝫ tres ſubuerterentur:ita inquit. Nunquid perdes iuſtum cum impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate peribunt ſimul.⁊ nõ parces loco illi ꝓpter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo. Deinde paulo



inferius in textu habetur. Dixitqꝫ dominus ad eum:ſi inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis,dimittam omni loco ꝓpter eos. Reſpondit Abraham dicens. Quia ſemel cepi:loquar ad dominum meum quũ ſim puluis ⁊ cinis. Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinqꝫ fuerint delebis propter quadraginta quinqꝫ vniuerſam vrbem: Et ait. Non delebo:ſi inuenero ibi quadraginta quinqꝫ. Rurſumqꝫ loquutus eſt ad eum; Si autem quadraginta inuenti fuerint:quid facies? Ait: Nõ percutiam propter quadraginta. Ne queſo inquit indigneris domine ſi loquar. Quid ſi inuẽti fuerint ibi triginta? Reſpondit non faciaꝫ: ſi inuenero ibi trigĩta. Quia ſemel ait cepi loquar ad dominum meum: Quid ſi inuenti fuerint ibi viginti? Dixit; Non interficiam propter viginti. Obſecro inquit ne iraſcaris domine ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inuenti fuerint ibi decẽ? Dixit: Non delebo propter decem. Itaqꝫ ſanctus ille pater Abraham cognoſcens numeruꝫ hominum denarium eſſe requiſitum ad populi conſtitutionem:ſubticuit:poſtꝙ ad denarium vſqꝫ numerum deſcendit. Et Nicholaus de lyra ſuper hoc paſſu dicit. Vltra vero decem non deſcendit. Decem enim homines ⁊ non pauciores efficiunt populum. Hinc deducitur: nulluꝫ oppidum amplamue vrbem eſſe iuſtam:niſi decem homines ſiue decem anime inueniãtur in ea iuſte. Subſequitur vnam animam non ſufficere:ꝗuis in decem locis poſita ſit:⁊ cum decẽ diuerſis materijs informatiue ſe habeat ad iuſtificandum aliquam vrbem pariter ⁊ ad efficiendum populum. Et ꝗuis dictuꝫ ſit de hoc t̃rõ populus ꝙ nihil ſignificat:non tamen propterea de quolibet t̃rõ collectiuo id eſt fatendum.

¶ Dubitaret aliquis.vtrum ſi decem homines penetratiue ponerentur:populum conſtituerent. ¶ Secundo dubitatur ſi decem homines adeo diſtanter a ſe inuicem ponerentur: ꝙ quilibet eorum a quolibet alio centuꝫ miliarijs diſtaret:vtrum ex eiſdem decem hominibus populus conſurgeret. ¶ Tertio dubitatur vtrum populus dicatur de decem leonibus vel equis: quemadmodum de decem hominibus. Et eodem modo peteretur:vtrum ex quinqꝫ hominibus ⁊ quinqꝫ leonibus populus aliquis conſurgat.

¶ Ad iſtas tres dubitationes reſpõdeo per ordinem.⁊ primo ad primam. Dicendo ꝙ ſi decem homines penetratiue ponantur: non efficiunt populum:⁊ hoc ſm ſententiam popularem. Nam ille terminus populus ſm communem modum concipiendi de materiali ſignificat ⁊ ſupponit pro decem hoibus ad minus: ⁊ cognotat realem ad inuicem diſtinctionem:pariter ⁊ debitam propinquitateꝫ. Quia enꝫ nullus iudicaret:ſi decem homines ponerentur penetratiue eoſdem eẽ decem ſed dumtaxat eſſe vnum hominem:ideo tales decem homines nõ efficiunt populum. In rigore autem ⁊ vero hominum iudicio re tamen plane intellecta fatendum ẽ:decem homines penetratiue poſitos populum conſtituere. ¶ Ad ſecundaꝫ dubitationem conformiter reſpondeo:ꝙ tanta, diſtantia ac ipa dubitatio ponit impedit:ne illi decẽ homines dicantur populus.ſed opus eſt in debita diſtantia comprehendantur. Et ſi petas quanta eſt illa debita diſtantia:reſpõdeo:ꝙ erit vna diſtãtia qua aliquis populus poſſit dignoſcere illos homines eſſe debite propinquos vt conſtituant populum. Nec dabilis eſt maxima diſtantia que ſic.aut maxima que nõ.vel minima que ſic.aut minima que non.ꝗuis aliqui dialectici vltimum membrum aſſignent. Ex hac ſolutione ſequitur:hunc terminum populus eẽ cognotatiuum. Materiali namqꝫ ſignificatiõe quoſqꝫ decẽ homines ſignificat:⁊ quotlibet plures. Et de cognotatione debitam earundeꝫ propinquitatem importat. ¶ Ad tertiaꝫ dubitationẽ reſpondeo:ꝙ populus virtute ſue impoſitionis de ſolis hominibus dicitur. Et ſi qñdoqꝫ d̃ brutis dicatur:hoc erit analogice:⁊ per quandam ſimilitudinem:atqꝫ abuſiue.

Peteret forte aliquis:poſtqꝫ populus decem homines ſignificat vtrum quemlibet eoruꝫ ſignificet:⁊ ſi ſic:habetur propoſitum: videlicet ꝙ populus aliquid ſignificat. ¶ Ad iſtud reſpondeo:concedendo ꝙ populus quemlibet hominem contentum in populo ſignificat incõfuſo.⁊ non indiſcreto.quemadmodum concedit: ꝙ viſio. A.albedinis:quamlibet parteꝫ. A.albedinis ſignificat ſeu repreſentat inconfuſo.⁊ nullo pacto indiſcreto. Itaqꝫ volo dicere hunc terminum populus quemlibet hominem popularem ſignificare in communi:ꝗuis nulluꝫ hominem ſimpliciter ſignificet. Nec valet hec conſequentia:populus hunc hominem ſignificat in communi:ergo populus hunc hominem ſignificat vtrobiqꝫ Socrate oſtenſo. Arguitur enim

in data conſequentia a reſtricto ad deligatum. Quare non oportet vniuerſaliter modum talē arguendi eſſe bonū. Et ſic notum relinquo termīos pure collectiuos nihil ſignificare ea ſignificatione qua collectiui dicuntur. ſed ſolum aliqua repreſentant.

¶ Iterum forſitan quereret aliquis an hic terminus homo ſoluz aliquid ſignificet: aut indiferenter aliquid ⁊ aliqua repreſentet. ⁊ vniuerſaliter de quolibet termino communi ſingularis numeri hec petitio haberi poteſt. ¶ Ad iſtam petitionem reſpondeo per duas propoſitiones. Prior propoſitio. Hic terminus homo quemlibet hominem in communi repreſentat: ⁊ nullum in ſingulari ⁊ diſcreto. hoc eſt nullum hominem ſignificat ſingulariť ⁊ diſcrete. In Socrate enim ratio hominis puta humanitas inuenitur: que ſi conſideretur in Socrate contracta ſeu indiuidua vel hoc aliquid: tunc dico nō ſignificari ipm hominem ſiue ipſam humanitatem ſic contractam. Socratez videlicet: per hūc terminuz homo. Si autē illa hominis ratio que in Socrate inuenitur ſcilicet humanitas conſideretur abſoluta ⁊ deligata: tunc fateor ipſam per hunc terminum homo ſignificari. Et ſic de vnaquaq; alia humanitate ſeu homine dicendum eſt. ⁊ ita patet hunc terminum homo aliquid ſignificare. ¶ Secunda propoſitio. Hic terminus homo plura ſignificat vnica tamen ratione. Nam hanc Socratis humanitatem ſignificat. ⁊ hanc Platonis humanitatem repreſentat. atq; omnium ceterorum hominum humanitates ſignificat. Non tamen eas diuiſas ſed collectas vnica intelligētia repreſentat. Nēpe ratio humanitatis que ī Socrate inuenitur eadem eſt cū rōne humanitatis: que in Platone habetur. ⁊ ſic patet ꝙuis multa ſignificet hic terminus homo: ea tamen colligit ſub vna ſpeculatione. Et ita patet ſimpliciter eſſe fatendū: hunc terminum homo aliquid ſignificare pariter ⁊ plura. Cum his omnibus que dicta ſunt: hec copulatiua conceditur vera. Hic terminus homo non hominem vel homines actu ſignificat: ⁊ tamen ſolum hominem ⁊ homines repreſentat. patet propoſitio. Naz materiam Ade q̄ fuit ⁊ eius animam que actu ſunt non homo vł homines hic terminus homo ſignificat. Hoc patet: quia quandoq; ipſas ſignificauit: ergo nunc ipſas ſignificat. Nam hec eſt natura omnium terminorum: vt ſi quandoq; aliquid ſignificauerint: illud ſemper ſignificēt. Intelligo vbi manent cum ſuis ſignificationibus. ſed ꝙ quādoq; hic terminus homo materiam ⁊ animam Ade ſignificauerit: relinquo notum: quoniam ipſuz Adam quem componebant: ſignificauit: ⁊ adhuc ſignificat: ergo ⁊ ipſas materiam ⁊ animam. intelligo collectiue. Nam diuiſiue falſum eſt ⁊ impoſſibile. Quum nulla ſit inuenibilis ratio: qua materiam aut formam ſignificet. ¶ Preterea dubitaret quiſpiam: vtrum hic terminus homines aliquid repreſentet ¶ Ad hoc reſpondeo hunc terminuz homines quemlibet hominem inconfuſo repreſentare: vti dicebatur de hoc termino populus. concedo inſuper: quemlibet hominez ſimpliciter ſignificari per hunc terminum homines: ⁊ per conſequēs aliquid ſignificatur: non tamen ſub ratione vt eſt aliquid: vł eſſe poteſt aliquid: ſed ſub ratione qua quilibet homo eſt hō vel homines in potentia: homines inquam totales. Et non ſic de populo dicendū eſt. Nam quia fieri non poteſt vt ex aliquo fiat populus. ideo hic terminus populus nihil ſignificat. ¶ Notabis tamen pro ampliori dictoruz declaratione ſequentes propoſitiones: Quaruz p̄ma eſt hec. ¶ Quilibet terminꝰ diſcretus numeri ſingularis rem partibilem ſignificans aliquid repreſentat pariter ⁊ aliqua: quorum nullum ſignificat. Exemplum. Hic terminus Socrates aliquid partibile ſignificat: puta Socratem: ⁊ per conſequens aliquid repreſentat: etiā aliqua: videlicet duas Socratis medietates: q̄rum nullam datus terminus repreſentat. Qđ ſi aliquis terminus diſcretus numeri ſingularis aliquid impartibile ſignificat: tunc talis terminus ſolum aliquid ſignificat. ⁊ talis eſt hic terminus Michael. Hec prima propoſitio recipiatur pro terminis diſcretis numeri ſingularis ⁊ abſolutis. ¶ Secunda propoſitio. Quum nullus terminus diſcretus ⁊ abſolutus inueniatur numeri pluralis: dicendum eſt: omnem terminū diſcretuz ⁊ ſingularem pluralis numeri compoſitum ex terīs ſingularibus abſolutis numeri ſingularis ⁊ coniunctione: aliquid ratione partis ſignificare: ⁊ aliqua ratione totius complecti ¶ Tertia propoſitio. Omnis terminus cōmunis numeri ſingularis non collectiuꝰ ſiue ſit abſolutus: ſiue cognotatiuus aliquid ⁊ etiam aliqua ſignificat. Hec propoſitio probari poteſt diſcurrendo per ſingulos terminos communes numeri ſingularis ⁊ non collectiuos. ¶ Quarta propoſitio. Omnes termini pluralis numeri aliquid ⁊ aliqua ſignificant. probatur ꝓpō de terīs pluralis numeri nō collectiuis: quales ſūt iſti termini hoīes aīalia angeli ⁊ cōſimiles: qui non modo aliqua verumetiaz aliquid repreſentant. In iſtis ꝓpōnibus de ſolis terīs cathegorematicis loquimur. ¶ Ex omnibus iſtis que dicta ſunt: facile colligi poteſt: omnem terīm cōmunem numeri ſingularis ſynonimum eē cum ſuo plurali. ⁊ per ꝯñs rectus ⁊ obliquus ſynonimi reputantur. Sed hoc corolarium diffuſius ī vna ſequenti queſtione diſputabitur. ſatis eſt ipſum mouiſſe pro his auditoribus: qui paulo ceteris ſunt eleuatiores.

Ad confirmationem reſpōdeo: concedēdo hunc terīm chimera eſſe terīm ſignificatiuuz: ⁊ ſignificare aliquid ⁊ aliqua: immo quodlibet ens poſſibile ⁊ omnia entia poſſibilia. Et quiz arguis: chimera ſoluz ſignificat chimerā: ſ3 nulla chimera eſſe poteſt: ergo nullā rem poſibilem aut res poſſibiles ſignificat: rūdeo: negando cōſequentiā. Etiā altera que ſtatiz fit nihil valet. Hec eniz ꝯña eſt nulla. Nihil eſt nec eſſe poteſt ī rez natura: niſi illud ſit poſſibile: etiā nulla ſūt nec eſſe poſſunt niſi poſſibilia: ergo nullum impoſſibile nec aliq̄ īpoſſibilia ſignificat chimera.

¶ Peteret forte aliquis: poſtq̄z chimera oīa entia mūdi ſignificat: vtrū illa ſignificet abſolute: aut cognotatiue. ¶ Ad iſtam petitionē rūdeo per ſequentes ꝓpōnes. ¶ Prior propoſitio. Hic terꝰ chimera nec ſignificat: nec ſignificare poteſt: intelligo ſꝫm ſignificationē quā habent omnia entia mundi abſolute. probať hec ꝓpō. Oīs terꝰ cōis ⁊ abſolutꝰ ſignificat oīa ſua ſignificata rōne alicuius eſſentialis conuenientia inter ea inuente: ſ3 hic terꝰ chimera nō ſic ſignificat ſua ſignificata rōne alicuius eſſentialis conueniētie: ergo hic terꝰ chimera nō ē cōis ⁊ abſolutus: ⁊ ꝑ ꝯñs nō ſignificat abſolute ſua ſignificata. Cōſequentia illa eſt notiſſima: q2 in quarto ſecunde ⁊ maior ſupponitur vera ad p̄ſens: ⁊ minor probať. Oīa q̄ eſſentialiter cōueniunt: aut ſunt aut eſſe poſſunt: ſ3 nulle chimere ſunt aut eſſe poſſunt: ergo nulle tales eſſentialiter cōueniunt. Patet ꝯña in ſecundo ſecūde: Maior ſupponitur: ⁊ minor eſt nota: ergo concluſio vera: ⁊ ꝑ ꝯñs minor p̄cedentis erat vera. ⁊ ſic relinquiť pꝛior ꝓpō in veritate. ¶ Secūda ꝓpō ſequēs ex p̄cedenti: Chimera ē terꝰ cognotatiuus de materiali ſeu fundamētali eiꝰ ſignificatione qꝺlꝫ ens ⁊ cuncta mundi entia ſignificans: ⁊ ea oīa etiā de formali eius ſignificatiōe repſentat: ſ3 eo mō cū alijs aut ſeipis ſe hētia: qle ſeſe hēre ē impoſſibile. Verbi grā. Angeluz Michaelē chimera naturalř ſignificat: ⁊ formalř aīaz petri: vt Michaelē angelū informat: repreſentat: hec tū ſimul ſtare eſt impoſſibile: iō dicimꝰ hunc terīm chimera ſignificare impoſſibilia. Eodē mō Socratē naturalř ſignificat chimera: ⁊ formalř Platonē. vt p̃tē Socratis. qđ eſſe eſt impoſſibile. Et ſimili arte ī alijs infinitis modis fingēdi impoſſibilia diceť. ¶ Ex dictis primi ſequiť: ⁊ parti cū dictis ſtat hanc copulatiuam eſſe cōcedendā: chimera ſignificat impoſſibile: ⁊ qꝺlꝫ impoſſibile ſignificat chimera: ⁊ chimera ſignificat chimerā: ⁊ chimerā chimera ſignificat: ⁊ aliquod impoſſibile ſignificať ꝑ hūc terīz chimera: pꝫ ⁊ qlꝫ chimera ſignificať ꝑ hūc terīm chimera.

¶ Contra poſitū corolariū dupliciter argumentor: prius ſic: Improbādo veritatē huiꝰ: chimera ſignificat chimerā: pꝫ ⁊ huiꝰ: chimera eſt ſignificabilis: q̄ ſequiť ex p̄ori. Bene ſequiť. Oē ſignificabile eſt intelligibile: oīs chimera ē ſignificabilis: ergo oīs chimera ē intelligibilis. ꝯña eſt in p̄mo p̄nie. ꝯñs eſt falſum: ergo ⁊ añs: ſed nō ꝓ maiori: vt notū eſt: ergo ꝑ minori: ⁊ ꝙ ꝯñs ſit falſum ꝓbať: Nullū impoſſibile ē intelligibile: oīs chimera eſt impoſſibilis: ergo nulla chimera eſt intelligibilis. Patet ꝯña in ſecundo p̄nie. Totū añs eſt verū: ergo ⁊ ꝯñs: ſ3 ꝯñs ē cōtrarium huiꝰ: oīs chimera eſt intelligibilis: ergo iſta ē falſa. alř darenť cōtrarie ꝟe: qđ eſt īpoſſibile.

¶ Ad iſtā replicā rūdeo: concedendo p̄orem ꝯñaz prioriſticam: ꝯñs ⁊ añs. Cōcedo pariter ſecundam ꝯñiam: ſ3 nego añs pro maiori: hac vez nullum impoſſibile eſt intelligibile. ⁊ ſi eam ꝓbes hoc pacto: aliqđ impoſſibile non ē intelligibile puta hoc: Socrates eſt ⁊ nō eſt. ⁊ nō eſt maior rō de vno ꝙ de quolꝫ: igiť nullum tale le eſt intelligibile. Ad iſtud rūdeo negando iſtđ impoſſibile. Socrates eſt ⁊ nō eſt nō eē intelligibile: immo eſt intelligibile: quia volibile. poſſumus vtiq; velle Socratem eſſe ⁊ nō eſſe. ⁊ quiz nulla volitio ferať in incognitum: ſed oportet prius intelligatur qđ optandum eſt atq; volendum. habetur datum impoſſibile eſſe intelligibile. Bene verū eſt: ꝙ nō eſt intelligibile ꝑ aſſenſum Socratem eē ⁊ non eē: quiz impoſſibile ſit

plane cognitis terminis aſſentiri huic propoſitioni: Socrates eſt ⁊ non eſt. Sed ex hoc nõ ſequitur illud non eſſe intelligibile. Aliqui tamẽ dicunt: duplex eſſe impoſſibile: Alterũ explicãs contradictionem: quale eſt Socrates eſt ⁊ non eſt. Et alterum eſt implicans contradictionem: ⁊ tale eſt chimera. Et concedunt: nullum impoſſibile explicans contradictionem eſſe intelligibile: ſʒ bene quodlibet implicans contradictionem. Hanc eorum ſententiam non recipio: ſed ſto in priori ſolutione: quam dedi. Sunt autem dialectici: qui dicunt: eas omnes propoſitiones que in corolario habentur: veras eſſe: ſumendo ampliatiue hec verba: ſignificat. ſignificatur. ⁊ ſʒm hoc concedende ſunt iſte propoſitiones: chimera ſignificat deum. Socrates ſignificat angelos. Buf ſignificat tranſcendenter Prima propoſitio probatur. Bene ſequitur. Hic ter⁹ deus ſignificat deum. Hic ter⁹ deus eſt vel fuit vel erit vel poteſt eſſe vel imaginatur eſſe chimera: igitur chimera ſignificat deum: ⁊ pari arte alie propoſitiones conceduntur. Etiam iſte propoſitiones veniunt concedende: chimera intelligit hircoceruum. antichriſtus intelligit deum. ⁊ iſte negande: nõ chimera intelligit deum. nõ Socrates intelligit Platonẽ: ſi teneretur hoc verbum intelligo ampliatiue ad quinqʒ Sed reuera ⁊ meo iudicio ſaluo meliori hec omnia abſurda ſunt: videbũtur tamen latius in ea q̃ſtione: in qua de ampliatione dicemus.

❡ **Secundo contra poſitum corolariũ** argumentor. Sequeretur aliquam eẽ cathegoricam pure affirmatiuam veraʒ: cuius ſubiectũ nõ ſupponeret ex̃ cõmunes inſtantias. patet ꝺ hac propoſitione conceſſa. Chimera ſignificatꝛ per hunc terͥm chimera: cuius ſubiectuʒ nõ ſupponit: Quum de nullo ſit verum dicere: hoc eſt chimera: nec de aliquibus eſt verum dicere: hec ſunt chimera. ❡ Ad hoc reſpondeo negando ſequellam: immo ſubiectum date propoſitionis ſupponit ⁊ hec eſt vera: hoc eſt chimera. vna chimera oñſa: puta Socrate oñſo vt ſeipm informat. Sed: vt melius iſta intelligantur: aduertẽdum eſt: ꝙ quemadmodum ens dicitur abſolute tam de ſubſtantia: ꝙ̃ accidente. ſic eſſe indifferenter ⁊ abſolute dicitur tam de ente reale: ꝙ̃ꝺ ente rationis. Non videtur enim quare potius ens abſolute dicatur: ⁊ non eſſe. Dicendũ igiꝛ erit: vtrũqʒ abſolute dici: ⁊ ꝑ ꝯñs chimera vna demõſtrata: que eſt ens rõnis: hec redditꝛ vera: hec eſt chimera. Voco ens ratiõis omne id: qꝺ habet eſſe cognitum: hoc eſt per intellectũ. Nec inde ſequitur hanc eſſe concedendam: Sortes eſt chimera: ſicut nec iſtam antixp̃s ẽ chimera.

❡ **Secundo ⁊ principaliter argumentor** Hic terminus Socrates in hac ꝓpõne Socrates imaginarie eſt Plato Platonẽ ſignificat: ⁊ quodlibet mundi ens: ⁊ tamen nullum tale ſignificat proprie: quum non naturaliter nec ad placitum: ergo habita in notabilibus inſufficiẽter ſunt aſſignata. patet ꝯñia: ⁊ añs pro vtraqʒ ſui parte probatur ſic: ⁊ primo ꝙ Platonem ſignificet: ⁊ omnia entia mundi relinquitur notum authoritate fere omnium logicorum: ⁊ ꝙ non ſignificet ea entia proprie puta ad placitũ vel naturaliter: probatur. Ille terminus Socrates nunꝙ̃ fuit impoſitus ad ſignificandum omnia entia mundi ab aliquo impoſitore autentico: nec illa ſignificat ex conſuetudine: igiꝛ nullo modo ſignificat ad placitum. Sed ꝙ non ſignificet naturaliter: patet. Nam ille ter⁹ eſt vocalis: vt ſuppono: ⁊ ſoli termini mentales naturaliter ſignificant: loquor de ſignificatione ꝓpria: igitur Socrates nõ ſignificat naturaliter: ⁊ ſic relinquitur añs per ſui vtraqʒ parte probatum.

❡ **Confirmatur. Jmprobando vnuʒ qꝺ** tactum eſt in notabilibus de ſignificatione naturalꝛ communi terͥ. Si eſſet aliquis terminus: qui preciſe ſe naturaliter communiter repreſentaret: maxime eſſet iſta littera. A: ſed illa littera A. non preciſe ſe naturaliter communiter repreſentat: igitur non ex omni parte ſunt vera que ĩ notabilibus tangebantur. ꝯñia eſt nota. ⁊ añs probatur: ⁊ primo quo ad priorem partem non eſt difficultas. Naʒ illa littera. A. ſʒm omnes cõmuniter loquẽtes ſe preciſe repreſentat naturaliter communiter. ſecunda vero pars añis ꝓbatur ſic. Si illa littera. A. ſolum repreſentaret ſe naturaliter cõmuniter: ſequeretur: ꝙ oĩno codẽ modo apud oẽs eam ap̄hendẽtes ſe rep̄ñtaret: ſed hoc eſt falſum. Nam per experientiam cognoſcimus: ꝙ ſi illa littera. A. ab ignaro ruſtico ⁊ Socrate perito videatur: aliud veſtigium Socrates peritus de illa lr̃a. A. formabit: quaʒ ruſticus ignarus. Nam Socrates illam litterã aprehendet litteraliter. i. prout littera eſt: ⁊ nõ ſolum vt eſt atramentum. ſed ruſticus ignarus ſolius atramenti noticiam formabit. Quare concludendum eſt litteram illam. A. non preciſe ſe ipſam naturaliter communiter repreſentare: ⁊ per ꝯñs habetur propoſitum:

❡ **Ad ſecundum principale reſpõdent cõ**muniter loquẽtes. Qꝺ Socrates in hac propoſitione Socrates imaginarie eſt Plato Platonẽ ſignificat: ⁊ pariter quodlibet mundi ens. ⁊ negant ꝙ nõ ſignificet quodlibet tale ad placitum nec naturaliter. Si enim illa propoſitio Socrates imaginarie eſt Plato ſit in voce vel in ſcriptura: dicũt: ꝙ ad placitum ſignificat omnia entia mundi. Et quum arguitur: ille terminus Socrates nunꝙ̃ fuit impoſitus ad ſignificandum omnia entia mundi ab aliquo impoſitore autentico: nec illa ſignificat ex conſuetudine: igitur. Dicunt ꝙ Socrates ad placitum reſpectiue omnia entia mundi ſignificat: ita videlicet ꝙ q̃ñcunqʒ reſpicit copulam de imaginarie ſiue determinatam ab iſto aduerbio imaginarie: tunc omnia entia mundi ſignificat: ⁊ illa fuit primi aut alicu⁹ alterius impoſitoris voluntas. Seruant enim pro documento ⁊ regula certa omnem terminum poſitum in aliqua ꝓpoſitione in qua ponitur imaginarie ſiue imaginatur ampliatiue teneri ad quinqʒ temporis differentias. Et omnis talis terminus non modo omnia entia mundi ſignificat: ſed etiaʒ omnia poſſibilia ⁊ impoſſibilia repreſentat: virtute cuius ampliationis hec propoſitio eſt concedẽda. Chimera imaginarie ẽ Socrates: ⁊ alie cõſimiles propoſitiones: Etiam fatendum eſt: nullum eſſe terminum ſingularem reſpectu copule de imaginario.

❡ **Contra iſtud argumentor. Sequere**tur ſi illud eſſet verum ꝙ aliquis terminus vocalis ⁊ ſcriptus caderet a ſua ſignificatione ſiue ꝺpoſitione eiuſdem: hoc tamen falſum eſſe videtur: igitur ⁊ illa que dicta ſunt. ꝯñia ſatis eſt nota: ⁊ añs probo ſic. Jn iſta propoſitione Socrates imaginarie eſt Plato: ille terminus Socrates Platonem ⁊ omnia entia mũdi ſignificat: vt conceſſum eſt. Et ſi ab illa propoſitione hoc ſignum imaginarie remoueatur: non amplius ille termin⁹ Socrates Platonem ſignificabit: nec etiam omnia entia mũdi ſignificabit: vt ſatis conſtat: ergo habetur propoſitum.

eſt dicendum. vides igitur qualiter dependenter iſtud pronomen ego ſignificat. ¶ Secunda propoſitio. Iſtud pronomen ego in voce vł in ſcripto ſubordinatur nomini ⁊ nullo pacto propoſitioni. Uolo dicere hanc propoſitionem ego ſum homo prolatam a ſocrate vel ab eodē lectam ſubordinari vni propoſitioni cathegorice cuius ſubiectum eſt naturalis ſimilitudo ſocratis ⁊ per conſequens nomen. Eodem modo ſi a platone proferatˀ aut legatur ipm ego: ſubordinabitur vni nomini platonem repreſentanti. Et de alijs pari modo eſt dicendum. ¶ Ex his tribus propoſitionibus ſequitur hanc propoſitionem ſcriptam ego ſum homo eſſe eq̄uocam; ⁊ pluribus inconiunctim propoſitionibus non ſynonimis ſubordinari. Iſtud corolarium nulla eget probatione: quum ex prehabitis propoſitionibus facile cōſtet. ¶ Secunda infero hanc propoſitionem ſcriptam ego ſum homo non eſſe ſynonimam alicui propoſitioni mentali: immo nec eſſe poteſt ſynonima. hoc pꝫ Nam nulla mentalis propoſitio eſt equiuoca: illa vero ſcripta eſt equiuoca: ergo corolarium verum. ¶ Tertio infero iſtud pronomen ego ſignificatiue acceptum ⁊ ſcriptum non eſſe ſynonimum alicui termino vocali nec mentali: ſicut nec iſta propoſitio ego ſum homo ſcripta alicui vocali vel mentali eſt ſynonima: intelligo ſemper ſumptis terminis ſignificatiue. Iſtud corolarium facile colligitur ex iam dictis.

¶ Peteret forte aliquis ſignificationeꝫ adequatam huius termini ego vtruꝫ ſolos homines ſignificet dependenter vel aliquid aliud

¶ Ad iſtud rn̄deo ipm proprie dependēter ⁊ improprie dependenter ſignificare. ꝓpe dependēter ſignificat omne illud quod poteſt ſuapte natura intelligere quemadmodum eſt deus qui dixit ego ſum alpha ⁊ O. Angelos ēt ⁊ homines repreſentat: ⁊ omnem poſſibilē creaturam rationabilem. improprie aūt dependenter ſignificat omnes alias res materiales vtpote animalia. bruta. lapides. ⁊ alia huiuſmodi. Nam ſi per omnipotentiam diuinam aliquis aſinus loqueretur ac fecit aſina Baalam ⁊ diceret ego ſum aſinus ipſum ego repreſentaret auditoribus loquentem aſinum. Pari modo eſt dicendum ſi aliqua imago lapidea vtpote imago herculis aut archilis miraculoſe loq̄retur dicendo ego ſum hercules: repreſentaret auditoribus ſe imaginem loquentem. ⁊ de alijs conformiter eſt dicendum. ¶ Peteret iterum aliquis: in hac propoſitione ego ſocrates curro quid ſignificat ego. Reſpondeo ꝙ ſignificat ſocratem ita vꝫ ꝙ ſi ſocrates hanc propoſitioneꝫ proferat: ego ſocrates curro ipa propoſitio tantum ſignificabit quantum hoc totum ego vocatus ſocrates curro: in qua ipm ego ſubſtātiam pura ſocratem ſignificat. Nec dicendum eſt ipm ego reſtringere illum terīm ſocrates vt pro prima perſona teneatˀ: quem reſtringendi modum euocationem grammatici dicunt. Nā perinde apta ē hec oratio ſocrates curro: atqꝫ iſta ego ſocrates curro.

¶ Dubitatur tertio vtrum hoc ſignum omnis in hac propoſitione omnis ciborum nutrito minus grauis eſt quam aquē: ⁊ in qualꝫ alia huiuſmodi ſit terminus cathegorematic⁹ vel ſyncathegorematicus.

¶ Ad hanc dubitationem eſt cōmunis omnium dialecticorum conſenſus datuꝫ ſignū ois eē terīm ſyncathegorematicum ⁊ officio ⁊ ſignificatione: cuius ſignificatio eſt mouere ītellectum ad capiendum terīm communem ſupra quem cadit immediate copulatiue: hoc eſt pro omnibus ſuis ſuppoſitis copulatiue. Et hoc niſi ei⁹ virtus ab aliq̄ negatione mortificetˀ. Hoc dicitur propter hanc ⁊ cōſimiles propoſitiōes: non omnis homo eſt currēs. in qua illud ſignū omnis non exercet ſuam diſtribuēdi viꝫ: ⁊ hoc propter aduenientem negationem. Dicunt itaqꝫ cōmuniter loquentes iſtud ſignū ois triplicē ſignificationē obtinere vꝫ diſtributiuam: confuſiuam ⁊ impeditiuam. ⁊ ſimul omnibus priuari eſt impoſſibile: qm̄ tunc caderet a ſua ſignificatione loquendo ſemper in mēte vltiata. Poteſt tamen a qualꝫ illarum ſignificationuꝫ cadere vnam tamen retinendo: ſꝫ q̄uis cōmunis iſta dialecticorum aſſertio apparens videatur: cenſeo tamen alť dicendum. Dico igiť eſſe impoſſibile aliquem terīm mentalem ſiue ſit cathegorematicus ſiue ſyncathegorematicus ab aliqua eius ſignificatione poſſe cadere eo ī mēte exiſtente. Dico preterea iſtud ſignum ois in voce ⁊ in ſcripto dupliť poſſe teneri vꝫ collectiue ⁊ diſtributiue. collectiue tenetˀ in hac propoſitione. Omnis terra adoret te ⁊ pſalmuꝫ dicat nomini tuo ⁊c. in qua ipm ſignum omnis huic termino tota cathegorematicē equiualet. Di-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſtributiue autē ſumitur in iſta propoſitione omnis angelus eſt ſpiritus. ⁊ due ille acceptiones differunt ſpecie. Acceptio tamen diſtributiua que in quottidiano uſu habetur pauciſſimis verbis a nobis declaretur. Nam altera nulla eget enucleatione. Si igitur hoc ſignum omnis in mēte recipiatur vltimata: oportet in propoſitione aliqua cathegorica inueniatur: quaꝫ exigit ad eius conſeruationem ſicut ad eius ꝓductionem talem cathegoricam expoſtulabat: ⁊ ſignificatio dari ſyncathegorematis eſt mouere intellectum ad accipiendum copulatiue res pro quibus terminus quem diſtribuit ſupponit. ¶ Per hanc itaqꝫ propoſitionē oīs homo eſt currens intellectus apprehendit curſum cuilibet ſuppoſito huius termini homo competere: ⁊ hec ſignificatio copulatiua tribuitur ſigno omnis. Et ſi huic mentali propoſitioni vltimate omnis homo eſt currens negatio non preponatur ad bonum ſenſum. Itaqꝫ hec propoſitio reſultet nō omnis homo eſt animal adhuc intellectus copulatiue apprehendet ratione ſigni omnis res pro quibus ſupponit ſubiectum ſed propter negationem ſuccreſcentem apprehendit curſum non cuilibet homini copulatiue competere: nec propter hunc modum negatiuum quem negatio ipſa importat. tollitur ſignificatio ſigni omnis. ¶ Sed iam peteret aliquis poſtꝙ omnis non ſignificat aliquid ſed ſolum aliqualiter (vt dictum eſt) vtrum valeat hec conſequentia omnis ſignificat aliqualiter: ergo omnis aliqualiter ſignificat. Etiam vtrum hec conſequentia ſit bona. omnis ſignificat aliqualiter: ergo aliqualiter ſignificatur per ipſum omnis. Ad iſtud reſpondeo vno verbo: conſequentias formatas nullas eſſe ⁊ hoc propter variationem appellationis ſiue cognotationis quam habet iſtud verbum ſignificat. ¶ Placat nihilominus aliquibus dialecticis concedere: ꝙ omnis non modo aliqualiter immo aliquid ſignificat. ⁊ dicunt ꝙ in hac propoſitione omnis homo eſt animal ipſum omnis ſignificat omnes homines ⁊ omnia animalia. Nam omnis vt dicunt non poteſt dare intelligere intellectui ꝙ ille terminus homo diſtributiue accipiatur: ſic videlicet ꝙ pro omnibus hominibus copulatiue accipiatur: quin omnes hoīes det intelligere. Etiam vero eſt impoſſibile (vt dicunt) det intelligere predicatum accipi pro omnibus animalibus diſiunctim: quin omnia animalia repreſentet: Et ſic cōcludunt ꝙ omnis aliqua ſignificat aliquid ⁊ aliqualiter ¶ Sꝫ ꝙuis hec opinio ſit a doctiſſimo viro imaginata: oppoſitam tamen in preſentiarum opinionem credimus veriorem: in qua dictum eſt ꝙ omnis preciſe ſignificat aliqualiter ⁊ non aliquid nec aliqua: ſemper intelligendo perſonaliter. ¶ Iſtis tamen duabus opinionibus non obſtantibus tertiam opinionem mouere intendimus. Dicimus ergo nullum eſſe terminum ſyncathegorematicum. hoc eſt preciſe aliqualiter ſignificanteꝫ. Et hoc intelligo vltimate ſiue in mente vltimata que ſit qualitas ſiue accidens mentale. In iſta enim propoſitione. Omnis cibi ⁊ aque mutatio grauis eſt ille terminus omnis in voce ⁊ in ſcripto ⁊ in mente inultimata terminus ſyncathegorematicus dicitur: ſed in mente vltimata nullus talis terminus habetur ꝙuis ſubiectum illius propoſitionis pro quolibet ſuo ſuppoſito teneatur. Volo enim dicere in ultimata propoſitio huius termini cathegorematici date vocalis ſoli termini cathegorematici habentur qui cum ipſo intellectu concurrunt ad hoc ꝙ ipſe intellectus intelligat omnem cibum ⁊ aque mutationem eſſe grauem. Intellectus igitur ſupplet virtutem actus ſyncathegorematici. ex hoc infertur: ꝙlibet mentalem propoſitionem ⁊ vltimatam eſſe mixtam ex ſubſtantia ⁊ accidente vel accidentibus ⁊ per conſequens nulla eſt talis que ſit qualitas ſiue accidens. Multa alia poſſunt ex tacto modo inferri que prima fronte abſurda videntur concedenda tamen. ſed de his omnib⁹ alibi prolixior fiet deo duce ſermo. ¶ Peteret iam aliquis vtrum quelibet ꝓpoſitio tā cathegorica ꝙ hypporetica ſit terminus cathegorematicus aut ſyncathegorematicus officio ⁊ ſignificatione ſimul. ¶ Ad hoc reſpondet dialecticus quidam: ꝙlibet propoſitionem eſſe ſyncathegorema officio ⁊ ſignificatione ſimul: ꝙuis aliqua terminus mixtus dicatur. Aliter tamen eſt dicendum. Dico igitur nullam propoſitionem eſſe ſyncathegorema officio ⁊ ſignificatione ſimul: ſed bene verum eſt ꝙ aliqua propoſitio eſt cathegorematicus terminus: ⁊ aliq̄ terminus ſyncathegorematicus. he tñ appellatiōes cathus. ſyncathus. attribuūt ꝓpōib⁹ grā ſuaꝝ ptiū ⁊ nō grā ipaꝝ. Nā ꝓpōes ī quātū tales nec ſunt terī cathatici nec ſyncathatici.



¶ Prima concluſio. Aliquis actu eſt terminus cathegorematicus qui ſecluſa omni impoſitione aut depoſitiōe efficitur terminus ſyncathegorematicus ⁊ hoc per ſolam termini cathegorematici additionem. Probatur hec cōcluſio In hac ſcripta propoſitione homo eſt: ipſum eſt ē terminus cathegorematicus officio ⁊ ſignificatione ⁊ addito hoc termino animal ſic vt hec propoſitio homo eſt animal reſultet non amplius ipſum eſt eſt terminus cathegorematicus. Et ex hoc ſequitur aliquem terminum eē nunc ſyncathegorematicum ⁊ tamen per ſolaꝫ remotioneꝫ termini cathegorematici efficitur terminus cathegorematicus. Ex quibus vlterius ſequitur verbum ſubſtantiuum indicatiui modi eſſe termi qui depēdētē hꝫ ſignificationē.

¶ Secunda concluſio. Aliquis eſt terminus ſignificans aliquid. aliqua. vel aliqualiter qui nec aliquid nec aliqua nec aliqualiter ſignificat. Iſta concluſio probatur. Iſte terminus omnis in hac propoſitiōe omnis aquarum mutatio eos omnes efficit pediculoſiores qui pediculos ſolent habere eſt terminus ſignificans aliquid aliqua vel aliqualiter: qui tamen nihil nec aliqua nec aliqualiter ſignificat vt deductum ē eſt in tertio dubio proximo preterito. Eſt eniꝫ aduertendum ꝙ ſignificat eſt ſpeciale ſignum confuſiuum virtute cuius hec copulatiua ē cōcedenda omnis ſignificat aliqualiter ⁊ tamen omnis non aliqualiter ſignificat.

¶ Tertia concluſio. ⁊ ſi animis onima rationalis nullis egeat terminis ſyncathegorematicis ab ea realiter diſtinctis: ſed ipſa ſua virtute omnem ſyncathegorematicam ſignificationem per ſuam ſubſtantiam obtineat: tamen nulla anima rationalis aliquid cognoſcere poteſt formaliter per ſuam ſubſtantiam ſed indiget neceſſario aliquo extrinſeco puta noticia ꝑ quam tanꝙ per formam omne id quod cognoſcit intelligat. Et quamuis nulla ſit ratio demonſtratiua que hoc concludat: tamen eſt ad illud experientia apud eos preſertim qui nullis paſſionibus mouentur. Poſſet nihilomin⁹ defendi quamuis non equa lāce ipſas animas per ſeipſas ⁊ nullis extrinſecis noticijs intelligere ac angeli oēs per ſeipſos formalr̄ intelligūt: ⁊ nullis inueniunt q̄litatib⁹ fulciri. poſita ē ɔcluſio cōformr̄ ad id qđ ī fine terti dubij īſertuꝫ ē.

¶ Terminus

Complexus | Incomplexus:

**T**erminus complexus eſt terminus q̇ actu aut virtute plures terminos intercipit coniunctos per coniungibile vel ſe habētes vt determinatio ⁊ determinabile exemplum prioris ſocrates ⁊ plato: Exemplum poſterioris regius elephantus.

¶ Terminus incomplexus eſt termin⁹ qui nec actu nec virtute plures termīos intercipit coniunctos per coniungibile vel ſe habentes vt determinatio ⁊ determinabile. Et tales ſunt iſti Deus. Angelus. Socrates ¶ Terminus complexus in duo membra ſectus inuenitur. Nam alter eſt diſtanter complexus. Alter vero indiſtanter complexus. Terminus complexus diſtāter eſt in quo actu aut virtute plures termini habentur per coniunctionem coniuncti quales iſti ſunt Deus ⁊ angel⁹. animal vel homo. Dicitur virtute propter hos terminos. Itur. grādi nat. ⁊ conſimiles. Terminus complex⁹ indiſtanter is dicitur qui actu aut virtute pluribus conſtat terminis ſe habentibus vt determinatio ⁊ determinabile. exempli gratia. hominis leo. animal hō. Determinatio terminus reſtringens: ⁊ determinatio terminus reſtrict⁹ nuncupatur.

**Q**ueritur ſeptimo vtrum diuiſio termini in terminum complexū ⁊ terminum incomplexum cuꝫ mēbrorum diffinitionibus ſit a nobis in textu debite aſſignata.

¶ Primo notanduꝫ eſt ſolos terminos mentales proprie complexos ⁊ incomplexos nuncupari. Scripti vero ⁊ vocales ſm̄ analogiam complexi ⁊ incomplexi nominantur. Ca-

pinus. igitur in data diuiſione ipſum diuiſum in tota ſua communitate vt omnē terminum comprehendat. Deinde in datis membrorum diffinitionibus ponuntur iſte due particule A ctu. Virtute. ad inueniendum aliquos eſſe terminos qui actualiter ſiue formaliter ex pluribus terminis componuntur ⁊ tales ſunt vnaqueq; propoſitio cathegorica in qua formaliter habentur ſubiectum. copula. ⁊ predicatum. pariter ⁊ omnis hyppotectica que formaliter ex pluribus cathegoricis ⁊ coniunctione reſultat. Exemplum hyppotectice. Laborātes morbo diutino potiſſime pereunt a virgiliarum occaſu ad fauonij vſq; flatus. Et ſenes potius pereunt ꝙ iuuenes ipſi. Exemplum cathegorice. Qui corpore pleno impuroq; ſunt vlcere capitis facile ſanantur: tibiarum autem egre. Aliqui etiam ſunt termini qui nō actu ſed virtute ex pluribus reſultant terminis ⁊ hoc pacto dicimus hanc litteram. A. eſſe terminum complexum virtute: vbi per autenticam impoſitionem ſignificat tantum quantum hec propoſitio. Si poſt hyemem aquilonam ⁊ ver auſtrinum ac pluuium eſtas ſicca admodum fuit perniciosus omnibus autumnus accedet: ⁊ pueris preſertim. Sunt adhuc alie due particule declarande puta Determinatio. Determinabile. Per determinationem intelligo reſtrictionem ⁊ per determinabile terminum reſtrictū. In hoc autem aggregato hominis elephantus quum complexus terminus dicitur: hominis eſt determinatio ⁊ elephantus eſt determinabile.

¶ Secundo notanduȝ eſt: ꝙ multis modis contingit terminum complexum diſtanter habere partes coniunctas per coniungibile.

¶ Primo modo per coniunctionem copulatiuam et. Secundo modo per coniunctionem diſiunctiuam vel. Tertio modo per coniunctionem condicionalem ſi. Quarto modo per coniunctionem rationalem ergo. Quinto modo per coniunctionem cauſalem quia. Sexto modo per coniunctionem ſiue aduerbium temporale quando. Septimo modo per copulaȝ verbalem: ⁊ in alijs adhuc multis ⁊ varijs modis pro quibus ⁊ iam poſitis non indigemus exemplis poſtꝙ ex ſe conſtāt. Eodem modo dicendum eſt terminum complexum indiſtanter multis modis variari. Nam quidam eſt compoſitus ex rectis vt animal leo. quidam ex obliqꝫ vt Socratis elephanti. quidam ex recto ⁊ obliquo vt hominis equus. ⁊ adhuc omnes tales in duplici differentia inueniuntur. quidam ſunt compoſiti vnice: quidaȝ non vnice. Vnice compoſiti dicuntur illi: quorum determinabilia precedunt: ſequuntur vero determinationes exempli gratia. Angelus dei. equus hominis. ⁊ dicuntur iſti tales termini alio nomine determinationes vnice. Illi autem termini dicuntur compoſiti non vnice: quorum determinationes precedunt ⁊ determinabilia ſequuntur ⁊ tales ſunt iſti. Angelus dei. equus hominis. ⁊ dicuntur iſti tales appellatione altera determinationes non vnice. Preterea in hac parte iſte due regule notabuntur. ¶ Prior regula. Omnis terminus complexus eſt proprie ſignificatiuus

¶ Poſterior regula. De ratione termini complexi eſt habeat actu aut virtute plures partes diuerſarum rationum. Et de ratione termini incomplexi eſt nullas tales habeat partes. ſed omnes (ſi partes habeat) eiuſdem rationis inueniantur.

¶ His breuiter notatis titulo queſtionis pono talem concluſionem reſponſiuam. Diuiſio termini in terminum complexum ⁊ terminum incomplexum cum membrorum diffinitionibus eſt bona: ⁊ ſufficienter a nobis in textu aſſignata.

Primo ⁊ principaliter argumentor. Si aliquis eſſet terminus complexus maxime eſſet hoc totū nec Socrates currit nec Plato diſputat. Nam iſtud totum eſt propoſitio copulatiua huic equiualens Socrates non currit ⁊ Plato non diſputat. ⁊ quum omnis copulatiua propoſitio ſit terminus complexus: ſequitur illud totum eſſe terminum complexum. Iam probatur hoc eſſe falſum. Nam ſi eſſet terminus complexus potiſſimum eſſet complexus complexione diſtanti vt ſatis patet: ſed ꝙ hoc ſit falſum probatur. Nam ſi eſſet terminus complexus diſtanter maxime pꝛes diſtarent ratione huius ſecunde negationis nec q̄ equiualenter eſt copula coniungens priorem cathegoricam cum poſteriori: ſed hoc nō eſt dicendum quoniam ſi ipſum nec in ſecundo loco dicatur copula ratione cuius partes diſtent: ⁊ ſimul cum eadem efficiant terminum



complexum eadem ratione eſt dicenduȝ ꝙ nec in priori loco eſt etiam copula rōne cuius pꝛes diſtent que ſimul cum eodem terminum cōplexuȝ efficiunt. vel dicē rō diſcriminis qm̄ nulla vr̄ poſtꝙ nec in priori loco eſt eiuſdem virtutis ⁊ rationis cum nec in poſteriori. ſed notum eſt ꝙ nec in priori loco nullo pacto ē copula rōne cuius partes a ſe inuicē diſtent: ergo nec in poſteriori loco copula eſt dicenda: ⁊ per ꝯn̄s ſequit̄: hoc totum non ſocrates currit nec plato diſputat non eē ter̄m complexum complexione diſtāti. Quod erat probandum.

¶ Confirmatur idem probando. Si aliquis eſſet ter̄ꝰ cōplexus: eēt maxime hoc totum copulatum ⁊ ſocrates ⁊ plato in iſta enūciatione rex dilexit ⁊ ſocratem ⁊ platoneȝ: ſȝ illud eſt falſum vt ſtatim deduceť: igiť diuiſio nulla eſt. ꝯn̄ia eſt nota. ⁊ an̄s pro vtraq; ſua parte ꝓbať: ⁊ primo pro priori vȝ ꝙ ſit ter̄ꝰ cōplexus. Bene ſequiť. Hec tota propoſitio rex diligit ⁊ Socratem ⁊ platonem eſt ter̄ꝰ complexus. Nam ꝓpoſitio illa non mō congrua verumetiam congruiſſima a grāmaticis cenſeť: vt facile ꝯprehēdiť cognita veritate coniunctionis et: quaȝ terſi grāmatici aſſignāt. Oportet ergo dicere poſt ꝙ eſt cathegorica ⁊ a parte predicati poniť copulatum: predicatum eē ter̄m cōplexū. ſȝ hoc ē falſum: vt facile videre eſt. Nam ſecundum ⁊ eiuſdeȝ eſt virtutis ⁊ nature cum et priori: ſed notum eſt ꝙ ipm ⁊ in priori loco nullo mō copulat: ergo nec ⁊ in poſteriori loco copulabit. ⁊ ꝑ ꝯn̄s vtraq; an̄is ꝑs ē vera ⁊ probata. Quod ſumpſimus probandum.

¶ Ad primum principale rn̄deo: concedendo iſtud totum nec ſocrates currit nec plato diſputat eſſe ter̄m complexum: ⁊ concedo ꝙ eſt complexus complexione diſtanti: ⁊ ꝙ partes diſtant per coniungibile nec in ſecundo loco. Nego tamen ꝙ inde ſequať nec in priori loco eſſe coniungibile. Nec concedendum eſt ꝙ ſint eiuſdem rōnis. Bene verum eſt ſunt ter̄i ſynonimi extrinſeca apparentia: nō tn̄ propterea ē concedendum eſſe ſimplr̄ ter̄os ſynonimos. Dico igiť ꝙ nec in priori loco ſolam virtutem negandi hēt: ſȝ nec in ſecundo loco ⁊ negat: ⁊ cōiungit. Nam duplicem obtinet virtuteȝ vȝ negandi ⁊ coniungendi alteram cathegoricā cuȝ altera.

¶ Contra hanc ſolutionem argumētor: Si prior negatio vȝ: nec: in priori loco ſolā negandi virtutem hēret ſequereť: ꝙ nec in ſecundo loco virtutem negādi amnitteret. Nā poſt ꝙ in principio alicuius propōis poniť negatio negāter tenta: totum qȝ poſt ſe reperit deſtruit ſiue in cathegorica ꝓpōne ſiue in hyppotectica: ergo dicendum eſt ꝙ nec in ſecundo loco ſuam virtutem āmittit. Quoſt eſt contra conceſſum.

¶ Ad iſtam replicam rn̄deo cōcedendo id qȝ ſumitur inter arguendum. ſ. ꝙ negatio in principio ꝓpōnis poſita negat ⁊ deſtruit totum quod poſt ſe reperit. ſȝ intelligiť ď negatio abſoluta q̄ non hēt virtutem copulandi ſm̄ ſe nec ſm̄ ſibi ſynonima negationē ſynonimam utꝙ ſynonimitate extrinſeca. Dico igiť ꝙ nec non eſt ſic negatio abſoluta ac eſt nō vel nullꝰ. Quare non oportet ꝙ ipſa poſita in principio hyppotectice deſtruat totū qȝ ī ipa hyppotectica reperiť

¶ Sed adhuc contra prius dicta in priori rn̄ſione arguiť. Si nec in ſecundo loco duplicem haberet virtutem. ſ. negandi ⁊ coniungendi ſequereť: ꝙ hoc totuȝ nec ſocrates currit nec plato diſputat huic ꝓpōni copulatiue ſubordinareť. Socrates non currit ⁊ plato non diſputat: qȝ ſi concedas: facile ſequiť terȝ ſubordinari nō ter̄o. patet illa negatio nec in ſecundo loco eſt ter̄ꝰ: ⁊ ei correſpondet in mente aggregatum hoꝝ duoꝝ ter̄oꝝ ⁊ non. qȝ non efficit ter̄ȝ: ſed eſt non ter̄ꝰ. igiť non eſt dicenduȝ illā negationē in ſecundo loco duplicem virtutē habere ſ. negandi ⁊ coniungendi.

¶ Ad hanc replicam rn̄deo iſtud aggregatum nec ſocrates currit nec plato diſputat nullo modo ſubordinari huic copulatiue Socrates non currit ⁊ plato non diſputat: quoniam (vt replica oſtendit) haberemus concedere aliquem terminum ſubordinari non termino: ⁊ ex conſequenti ipſuȝ nec in voce ⁊ ſcripto non eſſe terminum: quum ei non correſpondeat in mente vltimata aliquis terminus. Quod ſimpliciter falſum eſſe putamus. Dico igitur ꝙ ſubordinatur huic propoſitioni copulatiue nec ſocrates non currit nec Plato diſputat ⁊ nulli alteri: ⁊ in illa copulatiua mentali nec: in priori loco eſt quedam qualitas ſyncathegorematica qua mediante intellectus apprehendit negationem curſus a Socrate: ⁊ ſecundū nec eſt etiam qualitas ſyncathegorematica mediāte q̄ itellectꝰ apphēdit negationē diſputatiōis a platone ⁊ poſteriorē cathegoricā ſimľ cū priori:

Nam ſi bene conſideretur virtus ipſius nec:reperies quod diximus veritati eē conforme.

¶ Ad confirmationem rn̄deo: negando iſtud totum ⁊ ſocrates ⁊ plato eſſe term̄ cōplexum immo non eſſe ter̄;. Concedo nihilominꝰ hanc eē propoſitionem rex dilexit ⁊ ſocratem ⁊ platonem. Nec propterea ſequit̃ ꝙ ⁊ in ꝑori loco ſit copula ſiue coniunctio copulatiua ſicut ē ⁊ in poſteriori loco. Nec etiam ſunt ter̄i ſynonimi nec eiuſdem nature ⁊ virtutis qm̄ ⁊ in poſteriori eſt coniunctio copulatiua rōne cuiꝰ hoc totum eſt copulatum. ſ; ⁊ in priori loco non hēt virtutem vniendi ſeu copulandi vt ſatis cōſtat eſt tamen terꝰ ſyncathegorematicus cuius virtus eſt mouere intellectum ad apprehendendū ſocratem eq̄li dilectione cōiunctum regi ac eſt ipe plato. Non eni; alia de cauſa ponitur ⁊ in priori loco niſi vt denotet dilectionem ſocratis ⁊ platonis eſſe eq̄lem ⁊ iſta eſt ſignificatio quā hēt et in data ꝓpōne. q̄ conformis eſt dictis grāmaticoꝝ. patet igitur ad confirmationem ſolutio ſub contracta breuitate.

¶ Secundo ⁊ principaliter argumētor: Subiectum huius propoſitiōis ita eſt ꝙ ſocrates eſt aīal eſt terꝰ ⁊ tn̄ non eſt cōplexus nec incomplexus: igit̃ cōcluſio rn̄ſiua eſt falſa. ꝯn̄ia ē nota cum priori an̄is parte ⁊ poſterior pars ꝓbatur ⁊ primo ꝙ non ſit terꝰ incomplexus videtur ſatis notum Nā plures hēt ꝑtes ſignificatiuas coniunctas per coniungibile: ē ꝙ nō ſit terminus complexus ꝓbat̃. Si eēt terꝰ complexus vel eſſet complexione diſtanti vel indiſtanti: ſed neutrum eſt dicendum quod ſic probatur ⁊ primo ꝙ non ſit complexione indiſtanti ſatis notum eſt ⁊ ꝙ non ſit etiam complexꝰ complexione diſtanti probat̃. Si ſubiectū illiꝰ ꝓpōnis eēt complexione diſtanti complexu; ſequeret̃ ꝙ copula talis complexi eēt: ē: aut ꝙ. Na; ſubiectū eſt hoc totum ita eſt ꝙ ſocrates. ſ; non eſt dicēdum ꝙ eſt ipſum ē copula talis cōplexi: qm̄ dato oppōito ſequeret̃ ꝙ copularet ita: cū hoc toto ꝙ ſocrates: ſ; illud non eſt dicendum qm̄ copulatio inter ter̄os reperit̃: ſ; iſtud totum ꝙ ſocrates non eſt terꝰ. Quare dicendū eſt ipm totum non copulari cum ita mediante ē. Eodem modo ē dicendum ipm ꝙ non eē copulam qm̄ idem incōueniens ſequeret̃. Relinquitur ergo ſubiectum aſſumpte ꝓpōnis non eſſe term̄ complexum nec term̄ incōplexum qd̓ erat ꝓbandū.

¶ Confirmatur: Pluit eſt ter̄s: ⁊ tn̄ non eſt complexus nec incomplexus: ergo cōcluſio rn̄ſiua falſa. ꝯn̄ia eſt nota. ⁊ an̄s pro eius priori parte: ⁊ pro poſteriori probatur. ⁊ primo ꝙ non ſit terminus complexus. Nam pluit non habet partes coniunctas per aliquod cōiungibile: vt ſatis patet: nec ſe habentes per modū determinationis ⁊ determinabilis. ergo non eſt dicēdꝰ terminus complexus. ſ; ꝙ etiam non ſit terꝰ incomplexus probatur ſic. Eſt ꝓpō quum ſignificet verum tempore pluuie ⁊ falſum tempore ſerenitatis: ergo pluit eſt terꝰ complexus. quum omnis propoſitio terꝰ complexus dicatur: igit̃ non eſt dicendum terꝰ incomplexus. Quod reſtabat probandum.

¶ Ad ſecundum principale rn̄deo negādo ꝙ in iſta propoſitione ita eſt ꝙ ſocrates eſt aīal ſubiectum ſit hoc totū ita eſt ꝙ ſocrates. Nā vt argumentum bene oſ̄dit: illud totū nō eſt terꝰ ⁊ per ꝯn̄s non eſt terꝰ complexꝰ nec incōplexus. Sed iam peteret aliquis ſignari ſubiectum date ꝓpōnis pariter ⁊ predicatum. Ad iſtud rn̄deo ꝙ problematice pt̄ teneri data; ꝓpoſitionem eē cathegoricam aut hypporetica; ſicut cōiter dicitur de ꝓpōne temporali vt ē iſta ſocrates currit qn̄ plato diſputat: q̄ poteſt teneri cathegorica ⁊ hyppotectica. Tenēdo autem hanc ꝓpōnem cathegoricam ita eſt ꝙ ſocrates eſt aīal dicendum eſt ꝙ iſte terꝰ ita: ē ſubiectū: predicatum vero totum quod ſequit̃ prius v̓bū eſt: ⁊ illa ꝓpō equiualet huic verum eſt ſocrate; eē aīal in qua clarius videtur ſubiectum ⁊ predicatum: ⁊ ꝙuis hoc totum ꝙ ſocrates eſt animal non videatur terminus quumipſum ꝙ nō ſe hēat aliquo mō vt determinatio nec vt determinabile nec etiam cōiungatur per aliquod cōiungibile. Nihilominus pars predicati eſt cenſendum. Si vero teneamus partem alterā ve; ꝙ eſt propoſitio hyppotectica dicendum eſt ꝑorem cathegoricam eſſe hoc totum ita eſt. ⁊ poſteriorem ſocrates eſt animal. ꝯiunctionē vero ꝙ. ⁊ ſm̄ hanc ſolutionem facile ſoluitur argumentum.

¶ Pro maiori intelligentia argumenti aduerte ꝙ iſte tres dictiones ita. ſic. ⁊ etiā ſunt propoſitiones dependentes ⁊ ēt quandoq; propoſitionum cathegoricarum ſubiecta. Nam ſi aliquis peteret a ſocrate vigent ne artes Salmantice: ⁊ reſponderet ſic. vel ita aut etiam ſocrates diceret verum ⁊ per conſequens propoſitionem. Si vero Socrates reſponderet; ita



vigent. ita ſubiectum; diceretur ſ; hoc improꝑe Nam ſubiectum ita: hēt depēdentiā a ſubiecto ꝓpōnis de qua q̄rit̃: ita impreſentiaꝝ videt̃ ꝙ in iſta enunciatione ita eſt ꝙ ſocrates eſt aīal. ip; ita vicē ſubiecti tenet. ⁊ ſic illud totum eſt ꝓpō hyppotectica: cuius prior cathegorica eſt ita ē. ⁊ poſterior hō eſt aīal

¶ Ad confirmationem rn̄deo: concedendo ꝙ ipm pluit eſt terꝰ. Et concedo etiā eē ter̄; incomplexum in re. ⁊ ad improbationem qua; facis concedo ꝙ eſt ꝓpō cathegorica ſignificās verum tp̄e pluuie: ⁊ falſum tp̄e ſerenitatis. nec ꝓpterea ſequit̃ ſit terꝰ incomplexus ſaltem ī re. nec oportet oēm propōnē cathegoricam eē terminum ſic complexu;. Et ſi petas term̄ cui ſubordinatur: dico ꝙ eſt pluit: ¶ Unde eſt aduertendum: ꝙ mentalis ꝓpō cui ſubordinat̃ pluit ē vna ſimplex q̄litas naturalr̄ ꝓprie repreſentās pluuiam: ⁊ inclinans intellectum ad apprehendendum talem pluuiam eē: ⁊ in quantum huiuſmodi virtutē hēt dicitur eē ꝓpō qn̄q; verum qn̄q; falſum ſignificans. ¶ Ex iſto infero: ꝙ pluit nō hēt ꝓ ſubiecto iſtum term̄ deus ſicut aliqui dialectici dixerunt: nec hunc term̄ nā: vt alij imaginati ſunt. ſ; eadem q̄litas eſt ſubiectū. copula: ⁊ predicatum. Nec hoc videat̃ extraneum. Num Cvt in quinta ſectiōe videbit̃ɔ datur ſimplex q̄litas in mente vltimata q̄ eſt enunciatio cathegorica. ⁊ aliqua hyppotetica. ⁊ breuit̃ quib; aſſenſus ſimplex q̄litas hētur. ⁊ oīs talis ē ꝓpō aliq̄bus cathegorica. aliq̄bꝰ hyppotectica. Sed notabis pro hac parte duplicem eē cōplexionem. Alterā realē. Alterā vero dialectica;. ⁊ ſm̄ hoc pluit non eſt cōplexū reali complexione: loquor in mente: ſ; eſt cōplexum dialectice ſiue in genere ſigni ⁊ non rei pro quāto rep̄ntat ꝓpōnalr̄. Tenemus igit̃ impreſentiaꝝ ꝙ pluit eſt ꝓpō cathegorica ⁊ ſimplex q̄litas in mēte vltimata virtutem compoſite q̄litatis hn̄s.

¶ Tertio ⁊ principalr̄ argumentor. ſi aliquis eēt terꝰ incomplexus maxime eēt hic terꝰ dn̄s: ſ; hoc eſt falſum: qd̓ ſic ꝓbo. Iſte terꝰ dn̄s ē terꝰ complexus propōnalr̄ ſignificans. Nam ſignificat me dare minus: ergo nō eſt terꝰ incōplexus. Forte dices ſicut dicendum eſt: ꝙ dn̄s ē terꝰ incōplexus ⁊ etiā terꝰ cōplexꝰ. Incōplexus dr̄ in quātū ſignificat dn̄m: qm̄ in ſignificando ſic non ſignificat iuxta ſignificationem ſuaru; partium: nec habet plures partes coniunctas per coniungibile aut ſe habentes per modum determinationis ⁊ determinabilis. Eſt etiam complexus hic terminus dominus: pro quanto ſignificat propoſitionaliter videlicet me dare minus. ⁊ in quantum huiuſmodi ſignificationem habet dicendum eſt ꝙ habet plures partes coniunctas per aliquod coniungibile. S; adhuc contra iſtud argumentor. Idem probādo. ſaltem ille terminus do eſt terminꝰ incomplexus: ſed hoc eſt falſum quoniam ſignificat ꝓpoſitionaliter videlicet me dare: ergo propoſitum.

¶ Confirmatur: Hoc aggregatum ens quod eſt ſocrates eſt terminus ⁊ tamen non eſt incomplexus: vt ſatis patet. ſed ꝙ non ſit etia; complexus probatur: quia equiualet huic ens ens ē ſocrates. patet. quia loco relatiui licet ponere ſuum an̄s: ſed notum eſt illud aggregatū eſſe nugatorium ⁊ non terminum: igitur propoſitum.

¶ Ad tertium principale rn̄deo: quemadmodum inter arguendum rn̄ſum eſt. Dico preterea hunc terminum dominus ſi in ſcripto habeatur non habere ſimilem litterarum ordine; quum ſignificat dominum: ⁊ quum ſignificat me dare minus. Nam quum eſt ſimplex terminus habet omnes eius litteras vniformiter coniunctas: ⁊ quando ſignificat me dare minus ſe iungitur do a minus. Pari modo in voce dicēdum eſt: aliam eſſe vocem reſpondentem illi termino vt ſignificat dominum: ⁊ aliam vt repreſentat me dare minus quo fit non eſſe eundem terminum. Nam in ſcripto litteraru; diſtantia ⁊ in voce diuerſa ꝓlatio diuerſos arguit terminos. ¶ Ad replicam factam reſpondeo: ꝙ do vt ſignificat me dare eſt terminus incomplexus in genere rei ſed non in genere ſigni: ſicut dictum eſt de pluit.

¶ Ad confirmationem rn̄deo. concedendo hoc aggregatū ens qd̓ eſt ſocrates eē term̄ Cōcedo pit̃ ipm eē cōplexū: ⁊ nego ipm eq̄ualere huic aggregato ens ens ē ſocrates. nec loco illiꝰ relatiui qd̓: licet ponere eiꝰ an̄s. ⁊ dico ſi datu; aggregatū. ſ. ens qd̓ eſt ſocrates in voce ſumat̃ aut in ſcripto ei corr̄ndebit iſte mētalis terꝰ vltimatus ens exiſtens ſocrates: cuiꝰ ille terꝰ exiſtens ſumit̃ reſtrictiue preſentialr̄. Et ſic patet duos medios ter̄os puta quod. eſt. huic termino exiſtens in mente ſubordinari: ⁊ per ꝯn̄s ipos duos ter̄os quod. eſt. terminum aliquem eſſe.

**Dubitatur primo vtrum quodlibet adie**
ctiuum in neutrali terminatione ſit terꝰ cõplexꝰ
vel incomplexꝰ: quemadmodum ſunt album ⁊
nigrum ⁊ alia huiuſmodi. ¶ Ad hoc dubiũ rñ
deo duplicem eſſe opinionem. Altera tenet om
ne tale adiectiuum eſſe terminum complexum.
Altera vero terminũ eẽ incomplexũ affirmat.
Prior opinio conſiſtit in hac propoſitiõe. Om
ne adiectiuum in neutrali terminatione acce-
ptuꝫ ſubordinatur ſue propoſitioni quid noĩs.
Itaq; hoc adiectiuum albuꝫ. ſubordinatˀ huic
ter̃o complexo res hñs albedinem: que eſt diffi
nitio quid noĩs iſtius ter̃i album. Naꝫ ſi petas
quid eſt album: iteꝝ rñdebis eſt res hñs albedi
nem. Eodem modo dicendum eſt de hoc ter̃o
nigrum ⁊ alijs adiectiuis. Ex iſto infero: ꝙ al-
bum omnia entia mundi ſignificat pariter ⁊ ni
grum ⁊ de alijs huiuſmodi: ⁊ ſm hanc opinio-
nem omnia adiectiua conueniunt in materiali
ſignificatione. ¶ Pro ſecunde opinionis in-
tellectu talis ponitur ꝓpõ. Omnis terꝰ adiecti
uus in neutrali terminatione acceptus ſubordi
natur ter̃o incõplexo cognotatiuo de materia-
li ſignificanti omnia entia mundi: ⁊ de formali
id quod tale adiectiuuꝫ prima fronte dat intel
ligere. exẽpli grã. Album qđ eſt nomen adiecti
uum in neutrali terminatione acceptuꝫ ſubor
dinatur vni ter̃o ſimplici cognotatiuo q̃ de ma
teriali omnia entia mũdi ſignificat: ⁊ de forma
li albedinem quaꝫ prima fronte dat intelligere:
Ex iſta opinione ſequitˀ illud idem quod ex pre
cedenti: vcꝫ ꝙ adiectiuum in neutrali termina
tione acceptum omnia entia mundi ſignificat.
¶ His duabus opinionibus non obſtantibus
alĩ mea ſñã eſt dicendum. Dico igitˀ ꝙ omne
adiectiuum in neutrali terminatione acceptuꝫ
eſt terꝰ incõplexus: vt dicit ſecunda opinio: ſed
non oportet: immo falſum eſt ꝙ de materiali ſi
gnificato omnia entia repreſentet. Nã hoc ad-
iectiuum album in neutrali terminatione acce
ptum vni ter̃o ſimplici ⁊ cognotatiuo ſubordi-
natur de materiali oĩa entia quibus p̃t inhere
re albedo importanti ⁊ nulla alia. De formali
vero ſolam albedinem. Ex quo infero ꝙ albuꝫ
non ſignificat deum nec angelum qm̃ nulli eo-
rum p̃t inherere albedo: ⁊ quemadmodum da
tum eſt exemplum de hoc ter̃o adiectiuo albũ:
poteris ꝑſr in alijs adiectiuis ita iudicare.

**Dubitatur ſecundo vtrum omne verbũ**
adiectiuum cenſeatur terꝰ complexus aut terꝰ
incomplexus.

**¶ Ad hanc dubitationem ſecundum du**
plicem dicendi modum rñdeo. Prior modus
tenet cuncta verba adiectiua eſſe ter̃os comple
xos: ita vcꝫ: ꝙ iſtud verbum currit huic comple
xo eſt currens ſubordinatur: ⁊ hoc verbuꝫ labo
rat huic ter̃o eſt laborans etiam ſubordinatur
Et in ceteris modo conſimili dicunt. Et eorũ
rõ in hoc fundatur: q: (vt inquiunt) oĩa in mẽ
te ſunt explicita. Poſtꝙ̃ igitur hec enunciatio
ſocrates currit huic equiualet ſocrates eſt cur-
rens in ſignificando ſequitˀ. ipſam ꝓpõnem vo
calem puta ſocrates currit huic mentali ſocra-
tes eſt currens ſubordinari: ⁊ per ꝯñs huic ver-
bo vocali currit. hic terꝰ mentalis eſt currẽs co
rñdet. ¶ Sed contra hunc dicendi modum fa
cile inſurgeret dialecticus probando nullũ ver-
bum adiectiuum eſſe ter̃m cõplexum: ⁊ hoc ſic.
Si hoc verbum currit in voce terꝰ complexꝰ di
ceretˀ: ſequeretˀ ꝙ ipi in mente terꝰ complexꝰ poſ
ſet corrñdere: ⁊ ille eſſet hoc aggregatũ eſt cur-
rens vt citatus modus defendit. Sed hoc ẽ fal
ſum: poſtꝙ̃ illud aggregatum eſt currens non
eſt complexum diſtanter nec indiſtãter: Qđ au
tem non ſit diſtanter complexum ſatis conſtat:
quum non ſit aliquod cõiungens ⁊ aliqua cõ
iuncta. Nam impoſſibile eſt aliquod ſyncathe-
gorema ſeipm coniungere cum ter̃o cathego-
rematico. Et ꝙ tale aggregatum non ſit com
plexum indiſtanter: etiam patet. qm̃ non videtˀ
quo nam pacto illud ſyncathegorema eſt: dica
tur determinabile aut d̃terminãtio reſpectu hu
ius ter̃i currens. niſi forte dicatˀ: ꝙ ipm eſt deter
minat hunc ter̃m currens vt ꝓ currente pñti ſu
matur: ⁊ hunc modum determinandi reſtrictio
nem antiqui logici dicunt. Sed hoc non videtˀ
eſſe dicendum: poſtꝙ̃ copula illa verbalis eſt. ẽ
ſimpliciter ſyncathegorema ⁊ nullo pacto tem
pus importat ſeu ſignificat. Et ꝙ̃uis rõ facta
non omnino concludat poſterior tamen (modꝰ
pro hac parte tenebitur priꝰ. ¶ Poſterior igitˀ
dicendi modus tenet oẽ verbum adiectiuũ ter-
minum eſſe incomplexum: itaq; hec enunciatio
vocalis ſocrates currit: huic mẽtali ſubordina
tur ſocrates currit: in qua iſtud verbum currit
ſimplex eſt qualitas duplicem intercipiens vir-
tutem. ſ. cathegorematicaꝫ ⁊ ſyncathegorema
ticã. Significat enim cuncta currentia: ⁊ vltra
hoc hẽt virtutem vniendi predicatum. ſe inquã
ſimplicem qualitatem cũ ſubiecto; ſꝫ nõ ſeipaꝫ



vnit in quantum ſyncathegorematicaꝫ obtinet
ſignificationem: ſed in quantum eſt terminus
cathegorematicus. Et quemadmoduꝫ de hoc
verbo currit dictum eſt: ita de reliquis dici po-
teſt. Sequitur ex hoc dicendi modo: aliquẽ eſſe
ter̃m cathegorematicum in mente vltimata: cu
ius eſſe dependet ab altero termino cathegore
matico. Corolarium patet de hoc termino cur-
rit: qui per ſe nequit eſſe in mente vltimata: ſed
expoſtulat alterum terminum cuꝫ quo enuncia
tionem efficiat cathegoricam.

**¶ Dubitatur tertio vtrum ſubiecta iſta**
rum propoſitionum omnis homo preter ſocra
tẽ currit oĩs hõ in q̃ntuꝫ rõnalis ẽ riſibilis ſunt
ter̃i cõplexi aut incõplexi: videtˀ enĩ ſubiectũ p̃o
nis cathegorice non eẽ ter̃m. Notũ enĩ ẽ ꝙ non
eſt terꝰ incõplexus: ⁊ ꝙ nõ ſit cõplexꝰ: patet. q:
nec diſtanter nec indiſtantˀ non diſtantˀ poſtꝙ̃ p̃
ter non eſt coniunctio nec indiſtanter: quiꝫ nõ
appareat quo pacto ſeſe habeant partes vt de
terminatio ⁊ determinabile. Conformi proceſ-
ſu deduci p̃t ſubiectum poſterioris cathegorice
non eſſe complexum nec incomplexum.

**¶ Ad iſtam dubitationeꝫ rñdeo affirmã**
do ſubiecta dataꝝ propoſitionuꝫ eſſe terminos
complexos indiſtanter. Hẽt enĩ hoc ſynchathe
gorema preter virtutem negationis infinitantˀ:
⁊ in quantum huiuſmodi ipſum ⁊ dictio extra
capta ſimul ſunt determinatio dictionis aq̃ ſit
exceptio. Hẽt adhuc alterã ſignificandi virtu-
tẽ: q̃ denotat ſeiunctionẽ predicati a dictiõe ex-
tra capta. Quo fit tale ſubiectum eẽ ter̃m com
plexũ: quum in cathegorica inuenitˀ collocatũ.
Si vero extra cathegoricam enunciationẽ per
ſe ſumatˀ: dicetˀ potentia cõplexꝰ. ſꝫ nõ actu. Et
ſi nr̃aꝫ opinionẽ de terminis infinitis defenda-
mus: dicendum eſt: ſubiectũ talis ꝓpõis nõ eſſe
hoc aggregatum hõ p̃ter ſocratẽ: ſꝫ hõ ſocratẽ
Et ne h̃ durũ videatˀ: exẽplo familiariori oñdo
in virtute qđ ĩ hac p̃te dicere p̃tendimꝰ. In hac
ꝓpõne aĩal nõ hõ currit ſubiectũ ẽ hoc cõplexũ
aĩal hõ: cuiꝰ determinatio dr̃ hõ: ⁊ determinabi
le aĩal: eodẽ mõ ſicut in iſta aĩal hõ currit. Sꝫ ĩ
p̃ori rõne negationis infinitantˀ accepte caden
tis in determinationem ipa determinatio non
exercet in illa ꝓpõne ſuã ꝓpriam determinandi
virtutẽ: ſꝫ hoc non impedit quin dicatˀ determi-
natio in ordine ad preiacentẽ ⁊ cõformitˀ d̃ hac
ꝓpõne dicatˀ leo non hoĩs currit quã verã eẽ af
firmo in caſu ꝙ ſit aliq̃s leo currẽs a nullo ente
poſſeſſus. Etiam qñ ab aliquo ente qđ nõ eſſet
hõ poſſideretˀ: ⁊ a nullo hoĩe nõ minꝰ vera data
ꝓpõ diceretˀ. Hẽt enĩ hunc ſenſum leo q̃ nõ eſt
hoĩs currit ⁊ nõ iſtũ leo entis q̃ non ẽ hõ currit
De ſubiecto alteriꝰ ꝓpõnis aſſumpte in dubi-
tatione ſatis patet q̃d eſt dicendum.

**¶ Prima concluſio. Subiectum huius**
vocalis vel ſcripte ꝓpõnis hõ ẽ aĩal ẽ ꝓpõ ẽ terꝰ
icõplexꝰ: ꝙ̃uis ex tribꝰ ter̃is ſpecifice diſtictis cõ
ponatˀ. hec cõcluſio ꝓbatˀ. Et p̃mo ꝙ hoc aggre
gatũ hõ ẽ aĩal ẽ ꝓpõ dicẽdũ eſt ꝓpõ. pꝫ. q: vere
repñtat: ſꝫ ꝙ ſubiectum date ꝓpõnis ſit terꝰ in
cõplexus: pꝫ. q: ſubordinatˀ ter̃o ĩcõplexo: puta
vni ſimplici q̃litati ſimplr̃ repñtãti tales ſcriptu
ras homo ẽ animal. Nec recipiẽda ẽ in hac p-
te leuis authoritas eoꝝ q̃ dicunt hõ ẽ aĩal ẽ pro
poſitio non eẽ ꝓpõnẽ. rõ enĩ eoꝝ q̃ mouentur
tenuis admodum eſt ⁊ facilis diſſolutionis

**¶ Secunda concluſio. Omnis terꝰ vo-**
calis aut ſcriptus cõplexus duobus ſubordina
tur ter̃is mẽtalibꝰ. Quoꝝ alter eſt formalr̃ incõ
plexus: alter vero eſt cõplexꝰ. Iſta cõcluſio ẽ co
rolariũ eoꝝ q̃ dicta ſunt in queſtione. Nã quũ
oĩs cõceptus inultimatus ſit ſimplex q̃litas for
maliter incomplexa: poſtꝙ̃ omnes eius partes
ſunt eiuſdem rõnis. ⁊ q̃lꝫ terꝰ vocalis aut ſcri-
ptu ſcõplexus ſit terꝰ ꝓpe ſignificatiuus: ſequi-
tur ꝙlꝫ talẽ duobꝰ ſubordinari conceptibꝰ: vlti-
mato vcꝫ ⁊ inultimato ſꝫ oĩs talis vltimatus ẽ
cõplexus: quũ formalr̃ aut virtute cõponatˀ ex
partibꝰ diuerſaꝝ rõnũ: igitˀ concluſio mota ſtat
in veritate.

**¶ Tertia concluſio. oĩs ter̃s q̃ eſt aggre**
gatuꝫ ex ter̃o analogo incõplexo ⁊ eius altero
mẽbro aut p̃ncipali aut minꝰ p̃ncipali ẽ terꝰ icõ
plexꝰ. Exẽpli grã. Iſta duo aggregata hõ viuꝰ
hõ pictꝰ ſunt ter̃i incõplexi. Nam acceptis iſtis
duabus ꝓpõnibꝰ hõ viuꝰ ẽ hõ viuꝰ. hõ pictus ẽ
hõ pictus. ſubiectũ p̃oris huic ter̃o hõ ſubordi-
natˀ: ⁊ ſubiectũ poſterioris huic ter̃o A: qui oẽs
imagines incõplexe oĩum hominũ pictoꝝ rep-
ſentat. hoc pꝫ: q: hec cõceditˀ ꝓa: hõ pictꝰ ẽ pictꝰ
⁊ ſi mentalis vltimata cui ſubordinatˀ eẽt iſta
hõ pictus ẽ hõ pictus: cuiꝰ hõ eẽt naturalis om
niũ hominũ veroꝝ imago: tunc talis eẽt falſa:
quum huic equiualeret. hõ verꝰ exiſtẽs pictꝰ eſt
pictus: q̃ falſa ẽ ſupponendo hoĩes viuos nõ eẽ
pictos. Et ſi dicas ꝙ i mentali hõ tenetˀ ꝓ tali
bus imaginibꝰ: q̃ dicuntˀ hoĩes picti: tunc deter
minatio eẽt ſuꝑflua. Quare relinquitˀ hũc ter̃m

hõ pictus eẽ incomplexum. pari oĩno rõne de altero cenſendum eſt.

Terminus

Communis — Singularis

Terminus cõis eſt terꝰ qui de pluribus natus eſt predicari: vt ſunt hõ. angelus. elephantus.

Terminꝰ ſingularis eſt terminus qui de ſolo vno natus eſt predicari: vt ſocrates: plato: Ariſtoteles

Queritur octauo vtrum diuiſio ter̃i in ter̃m cõmunem ⁊ ſingularem cũ membroꝝ diffinitionibꝰ ſit a nobis ĩ textu bene aſſignata.

Primo notãdum eſt ariſtotelem libro priori perihermenias capite ſecũdo diuiſiſſe nomen in vniuerſale ⁊ ſingulare. Sunt inquit rerum hec vniuerſalia: illa vero ſingularia. Dico autem vniuerſale quod de pluribus natũ ẽ predicari: ſingulare vero ꝙ non. vt homo quidem vniuerſale: plato vero eoꝝ que ſunt ſingularia. Et q̃uis doctor ſcṫs lectione decima ſuper expoſitionem ſignati textus dicat illam diuiſionẽ eẽ reꝝ ⁊ non nominum: tñ inſequendo noĩaliũ veſtigia in hac parte dico: Ariſtoteleꝫ quum dixit reꝝ hec vniuerſalia. illa v̾o ⁊c. intellexiſſe nomina per hoc qḋ dixit reꝝ. ⁊ id nomen appellauit vniuerſale qḋ nos cõeꝫ ter̃m dicimus. Pro cuius intellectu aduerte: ꝙ ſecundum cõmunit̃ loquentes pro diuiſo iſtꝰ diuiſionis nõ ẽ capiẽdus hic ter̃s ter̃s ſm totam ſuam cõitatẽ: ſꝫ ſolum hoc totum terꝰ aliquid vel aliq̃ ſignificãs. Naꝫ ter̃i ſyncathegorematici vt ſunt. oĩs. ẽ. nõ. ⁊ conſimiles nec ſunt ter̃i cões nec ſingulares: ⁊ hoc ſi ſumãtur ſignificatiue. Bene veꝝ ẽ ſi materialiter teneant̃ poterunt dici ter̃i cões: ⁊ ſm ꝙ in preſentiaꝝ capimꝰ ter̃m: iſte terꝰ buf dicit̃ terꝰ cõis ⁊ quilꝫ alius non ſignificatiuus etiaꝫ terꝰ cõis appellat̃ quid autem veritatis hoc cõtineat videbit̃ in cõfirmatione tertij principalis argumẽti. Aduerte p̃terea ꝙ vniuerſalitas ſiue cõitas qḋ in p̃ntiaꝝ idem putamus: ſumit̃ dupliciter. ſ. realiter. ⁊ dialectice. realr̃ vniuerſalitas dr̃ eſſentia diuina ex eo ꝙ ipa eſt; tres res ⁊ quelꝫ eaꝝ. ſed de iſta vniuerſalitate ſeu cõitate nihil ad preſens determinare oportet. Vniuerſalitas logicalis ſiue cõitas nihil aliud eſt quã ter̃s cõis natus de pluribus verificari. Nec pretereundum eſt aliquem ter̃m ſignificare vniuerſaliter: q̇ tñ nec eſt vniuerſalis: ſiue cõis. Patet de hoc ſigno oẽs in añc huius condicionalis. Oẽs hoĩes male ſeſe hñt in autũno: preſertim pueri ſi poſt hyemẽ aquiloniam ⁊ ver auſtrinũ ac pluuium eſtas ſicca admoduꝫ fuerit. in qua ipm oẽs vniuerſalr̃ ſignificat: ſꝫ non dr̃ vniuerſales nec ter̃s cõis.

Secundo notandum eſt pro declaratione diffinitionũ membroꝝ diuidentium ad aliquem terminum eẽ cõmunẽ non requiri ipm actu poſſe verificari de pluribus. Nam hic terꝰ ſol eſt cõis ſm omnẽ doctrinam: ⁊ tñ actu ꝺ pluribus verificari nõ p̃t: quum non contingat plures ſoles hẽant̃ naturaliter loquẽdo: ideo hec ꝑticula natus poſita eſt in diffinitione ter̃i cõis Nõ enim repugnat nature ſolari in pluribꝰ eẽ ſed qm̃ nulla alia materia inueniẗ ſuſceptiua forme ſolis: iõ in ſpecie ſolis vnicus ſol habet̃. Defectus igit̃ non prouenit ex parte ter̃i ſꝫ ſolum ex parte rei per terminum ſignificate quo fit hos terminos eſſe cões deus. mundus. fenix. chimera. perinde ac iſtos terminos angelꝰ. hõ. elephantus: ⁊ huiuſmodi. ¶ Ille autem terminus ſingularis appellatur qui non eſt natus ꝺ pluribus predicari. i. cui repugnat ex parte ſue ſignificationis de pluribus verificari ⁊ tales ſũt ſocrates. democritus. parmenides. ⁊ ſimiles. ¶ Et ſi obijcias: iſtud copulatum ſocrates ⁊ plato eſt terminus ſingularis ⁊ tamen de pluribus verificatur puta de ipſis ambobus quum hec ſit vera ſocrate ⁊ platone oſtẽſis iſti ſunt ſocrates ⁊ plato. ¶ Dico ad obiectum non ſufficere ad aliquem terminum eſſe communem de pluribus copulatim acceptis verificari: ſꝫ oportet diuiſim verificet̃: ⁊ hoc contingit de copulato accepto: tẽto, et. complexiue ſecundum ꝙ in eius verificatione ſumitur.

¶ His breuiter notatis titulo queſtionis talis datur concluſio reſponſiua. Diuiſio termini in terminum communem ⁊ ſingularem cum ſuorum membroruꝫ diffinitionibus eſt bona ⁊ ſufficienter a nobis in textu aſſignata.

Primo ⁊ principaliter contra poſitam concluſionem argumentor. Si eſſet aliquis terminus communis maxime eſſet hic terminus ſol aut iſte terminus mundus: ſed neuter illorum terminorum eſt terminus cõmunis: ergo minus bene data eſt diuiſio. ꝯñia eſt nota. ⁊ añs pro priori parte videtur notum. ⁊ poſterior pars ꝓbatur. Neuter illorum terminorum eſt verificabilis de pluribus: qm̃ non eſt poſſibile plures eſſe ſoles vel mundos: ergo illi termini non ſunt communes: Quod erat ꝓbandum.



Confirmatur: Iſte terminꝰ ſocrates ẽ terminus aliquid vel aliqua ſignificãs: ⁊ tamẽ non eſt communis nec ſingularis: ergo diuiſio data nulla eſt. ⁊ per ꝯñs cõcluſio reſponſiua falſa. ꝯñia eſt notiſſima. ⁊ añs pro priori eius parte nulla eget probatione: ⁊ pro poſteriori parte probatur. ⁊ pono ꝙ ſocrates non ſit terminus communis ſatis patet ex dictis in textu ⁊ notabilibus: ſed ꝙ non ſit terminus ſingularis probatur. Ille terminus eſt verificabilis ꝺ pluribꝰ: ergo nõ eſt terminus ſingularis. ꝯñia eſt nota. ⁊ añs probatur. In qualibet iſtarum propoſitionum ſocrates ẽ ſocrates: plato eſt ſocrates: ſocrates eſt predicatum. ¶ Forte dices ꝙ non vere predicatur: quod req̇ritur ad hoc ꝙ actu verificetur de pluribus poſtq̃ eſt terminus ſupponens ¶ Cõtra Saltem in iſtis propoſitionibus ſocrates eſt ſocrates. plato nõ eſt ſocrates. verificatur de pluribus. Nam quelibet datarũ propoſitionum ẽ vera. ¶ Et ſi dicas ꝙ in vtraq; non verificatur affirmatiue: quod requirit̃: quia verificari idem eſt ꝙ vere ⁊ affirmatiue p̃dicari: hoc eſt in propoſitione vera ⁊ affirmatiua. ¶ Contra iſtud argumentor. Saltem in iſtis propoſitionibus ſocrates eſt ſocrates: plato eſt vel non eſt ſocrates: ſocrates verificatur ꝺ pluribus: ergo ẽ terminus potius cõis q̃ ſingularis. ¶ Dices etiam ꝙ hoc non eſt pure affirmatiue. Nam q̃uis in iſta propoſitione plato ẽ vel non eſt ſocrates ſocrates verificetur hoc eſt vere ⁊ affirmatiue predicetur: hoc tñ non eſt ſimpliciter affirmatiue. Nam tota copula ꝓpõnis eſt parti affirmatiua ⁊ parti negatiua. ¶ Cõtra. Saltem in iſtis propoſitionibus ſocrates ẽ ſocrates: homo eſt ſocrates: ſocrates verificat̃ de pluribus. Nam quelibet illarũ eſt vera ⁊ pure affirmatiua: ergo propoſitum.

Ad primũ principale rñdeo concedendo iſtum ter̃m ſol pariter ⁊ iſtuꝫ ter̃m mundus eſſe terminos cõmunes. Et quum in oppoſitũ arguis. Neuter eſt verificabilis de pluribus: quum impoſſibile ſit plures eſſe ſoles aut mundos. rñdetur cõmuniter. ꝙ ſufficit ad ter̃m eſſe cõmunem ꝙ ei nõ repugnet ex modo ſue ſignificationis de pluribus verificari. Qḋ autẽ neuter illorum terminoꝝ verificet̃ de pluribus: hoc ſolum prouenit ex defectu rei ⁊ nõ ſignificationis. Et dicunt ꝙ ſi per poſſibile vel impoſſibile deus crearet duos aut tres ſoles ⁊ totidem mundos: iam illi ter̃i verificarent̃ de pluribus. Iſta ſolutio docte admoduꝫ impugnata eſt a doctiſſimo dialectico eodẽq; ampliſſimo pr̃o Ioanne dullaert mihi ſemper venerando preceptore in cõmentatione prioris libri Perihermenias Ariſtotelis. Dicit enim. Sequeret̃ ex iſta ſolutione ꝙ iſte terꝰ ſocrates eẽt terꝰ cõmunis: qm̃ ſi per poſſibile vel impoſſibile deus crearet tres vel quattuor ſocrates tũc verificaretur de pluribus: ⁊ ſic nullus eſſet terꝰ ſingularis: qḋ negãt. Quare rñdeo ad argumentuꝫ: quemadmodũ idem doctor reſpondet: concedendo vtrumq; illorum teroꝝ eſſe cõeꝫ. ⁊ q̃uis nullus ſit de pluribus verificabilis: ſufficit tñ ꝙ non repugnet ex mõ ſuarum ſignificationum ſi tales ter̃i ſint in voce vel in ſcripto de pluribus verificari: ꝙ ſi in mente extiterint: dico ꝙ non repugnat ex modo ſuarum ſignificationum de pluribus verificari. Nam quilꝫ eoꝝ in mente plura ſignificat: q̃uis nõ poſſit ſupponere pro pluribus in ordine ad copulam preſentis temporis naturaliter loquendo. ¶ Peteres forſitan de hoc termiṅo phenix an ſit terꝰ cõis vel ſingularis. ¶ Dico eſſe cõmunem ⁊ de pluribus verificabilem ⁊ ꝓ pluribus ſꝫ tẽporibus diuerſis obſeruata ſemꝑ eius ſignificatione. ⁊ hoc ſufficit ad aliqueꝫ terminum eſſe communem.

Ad confirmationem reſpondeo ſicut rñſum eſt vſq; ad vltimã replicam: ad quaꝫ dico ꝙ ſocrates in iſtis duabus ꝓpõnibꝰ ſocrates eſt ſocrates: hõ eſt ſocrates: verificat̃ de pluribus veꝫ de pluribus ter̃is. Nam vere dr̃ ꝺ iſto ter̃o ſocrates ⁊ vere etiã predicatur ꝺ hoc ter̃o hõ etiam pure affirmatiue: ſꝫ hoc non ſufficit. Oportet enim ꝙ verificet̃ de pluribꝰ ⁊ ꝓ pluribus quod non contingit. Nam vtraq; illarum propoſitionum redditur vera pro ſocrate ſolo.

Contra hanc ſolutionem argumentor. Oẽs iſte ꝓpões ſunt vere: ſocrates ẽ ſocrates: plato imaginarie eſt ſocrates: cicero imaginarie ẽ ſocrates: in quibus ſocrates verificatur de pluribus ⁊ pro pluribus: ergo hẽo ꝓpoſitũ. Nã ſocrate demonſtrato iſta eſt vera hoc imagina



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

rie eſt ſocrates: Cicerone etiam demonſtrato hec ꝓpõ eſt vera hoc imaginarie eſt ſocrates. ⁊ platone demonſtrato iſta etiam ē vera hoc imaginarie eſt ſocrates: ergo Socrates verificatur de pluribus ⁊ pro pluribus. Quod erat ꝓbandum.

ſtione.

¶ Secunda concluſio. Et ſi predicatum
huius propoſitionis animal eſt ſocrates ⁊ om-
nis homo nō poſſit eſſe in potentia propinqua
ſuppoſitio communis: tamen predicatum hui⁹
propoſitionis animal eſt homo ⁊ omnis homo
bene poteſt in potentia propinqua ſupponere
cōmuniter: ꝙuis non poſſit in eodem inſtanti ꝓ
pluribus verificari ſed bene ſucceſſiue. Hec con
cluſio nulla eget probatione. cum qua ſtat pre-
dicatuꝫ huius propoſitionis animal eſt omnis
homo ⁊ homo in eodem inſtanti verificari de
pluribus in potentia propinqua. itaqꝫ quando
qꝫ de ſolis duobus hominibus quandoqꝫ de tri
bus ⁊ quandoqꝫ de quattuor ⁊ conſequenter in
infinitum: ſupponendo ſignum omnis primam
partem copulati mobiliter ⁊ vltimaꝫ imobiliter:
itaqꝫ iſte omnes propoſitiōes caſibus facillimis
dari poſſunt ṽe. ſ. duo homines ſunt omnis ho-
mo ⁊ homo. tres homines ſunt omnis homo ⁊
homo. quattuor homines ſunt omnis homo ⁊
homo. ⁊ conſequenter. ſemper loquendo de to-
talibus. ⁊ qꝛ faciles ſunt caſus. ipos p̃termitto.

¶ Tertia concluſio. q̄zuis extrema hui⁹
propoſitionis ſocrates imaginarie eſt plato cen
ſeātur a cōmuniter loquentibus ſuppoſitiones
communes: continuantes tamen noſtrum dicē
di modum inſequendo quem tetigimus in ſo-
lutione ſecundi ⁊ principalis argumēti queſtio
nis quarte ſuper data propoſitione. dico date ꝓ
poſitionis extrema non eſſe ſuppoſitiones com
munes: ſed ſunt diſcrete in caſu ꝙ habeatur hec
propō vltimata ſocrates eſt plato. ¶ Et ſi ar-
guat aliquis. Illa propoſitio eſt vera ⁊ pure af-
firmatiua cum alijs condicionibus: igitur extre
ma ſupponunt pro codeꝫ: ſed illud fieri non po
teſt niſi data extrema ſint termini communes:
igitur concluſio falſa. ¶ Ad iſtam regulam fa-
cile patet quid ſit dicendum ex dictis in queſtio
ne prealegata: ⁊ magis patebit in vna ſequenti
queſtione.

Expeditis ſuppoſitionibus ad
terminos non relatiuos ſpe-
ctātibus: ſupereſt ꝯſir aliquid
de terminorūꝫ relatiuorū ſup
poſitionibus pertractemus. Et primum
quid ſit ipſuꝫ relatiuuꝫ: in quotqꝫ ſecetur
membra dicemus. Deinde eorundeꝫ rela
tiuorū ſuppoſitionalis diffinitio necnon
ſuoruꝫ mēbroꝝ diffinitiones aſſignabun
tur. Demū ſuppoſitionales relatiuorum
regulas collocabimus. ¶ Primū igitur
accedendo ſit hec pro relatiuis diffinitio
¶ Relatiuum eſt rei rerumue antelatarū
memoratiuuꝫ. Qualia ſunt. qui. ipſe. is. ⁊
ſimilia. In hac copulatiua enunciatione
ſocrates diſputat ⁊ ipē philoſophatur rē
latiuuꝫ ipē recordationem nobis ingerit
rei prius intellecte per hunc ter minuꝫ ſo
crates.

¶ Relatiuuꝫ.
Subſtantie. Accidentis.

r Elatiuū ſubſtātie eſt: quod to-
taꝫ reꝫ ⁊ ſolam ſui antecedentis
ſubſtantiui refert. Qualia ſunt
Qui. Sui. Suus. Ille. Ipſe. Is. Idem.
Alius. Alter. Reliquus. Cetera. Cete-
rum.

¶ Relatiuū accidentis eſt: quod totaꝫ rē
ſed non ſemper ſolaꝫ: ſui antecedentis ad
iectiui refert. Qualia ſunt. Qualis. Quā
tus. Quot. Quotus. Quotennis. Cui⁹.
Quotuplus. Quotuplex. Aliuſmodi. Al
teriuſmodi.

¶ Relatiuū ſubſtantie
Idemptitatis Diuerſitatis

r Elatiuū ſubſtantie idemptita-
tis eſt: quod eque pro eodē mo
biliter vel imobiliter ſumitur:
pro quo eius antecedens tenetur. Qua-
lia ſunt. Sui. Qui. Suus. Ipē. Ille. Is.
Idem.

¶ Relatiuū ſubſtātie diuerſitatis eſt: qđ
non eq̄ ꝓ eodē mobilr̃ vel imobilr̃ ſumit̃
pro quo eius antecedēs tenetur. Qualia
ſunt. Ali⁹. Alter. Reliquus. Cetera. Ce
terum.

Relatiuū ſubſtātie idēptitatis.
Reciprocū Non reciprocū

r Elatiuū ſubſtantie idēptitatis
reciprocū eſt: quod ſuapte natu
ra ſemper in eadeꝫ cathegorica
cum ſuo antecedente inuenitur collocatū
Qualia ſunt. Suus. Sui. in hiſce propo
ſitiōibus. Socrates diligit ſuū filiū. Ali
quis leo videt ſe.

¶ Relatiuū ſubſtantie idemptitatis non
reciprocum eſt: quod non ſuapte natura
ſemper in eadem cathegorica cum ſuo an
tecedente inuenitur collocatum. Vt ſunt
Qui. Ipſe. Ille. Is. ⁊c.

¶ Relatiuū accidentis
Idemptitatis Diuerſitatis

r Elatiuū accidentis idemptita
tis eſt: quod totam rem ⁊ ſolaꝫ
ſui antecedētis adiectiui refert
Qualia ſūt. Quot. Quotus. Quotēnis.
Cuius. Quotuplus. Quotuplex.

¶ Relatiuū accidentis diuerſitatis eſt:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

quod totam rē ſui antecedentis adiectiui refert ⁊ aliquid aliud īportat. Qualia ſūt Aliuſmodi. Alteriuſmodi.

¶ Viſa diffinitione relatiui eiuſqꝫ partitione. Viſis pariter ſuorum membrorū diffinitionibꝰ conſequens eſt de eorū ſuppoſitionibus aliquid ſuccicte dicamꝰ.

¶ Suppoſitio.

Abſoluta. Relatiua.

Suppoſitio abſoluta ē ſuppoſitio de qua in precedentibus eſt determinatum.

¶ Suppoſitio relatiua ē ſuppoſitio termini dependentē ſignificationem habentis pro ſignificato per ſuū antecedens importato.

¶ Suppoſitio relatiua

Subſtātialis Accidentalis

Suppoſitio relatiua ſubſtantialis eſt ſuppoſitio relatiua pro ſignificato per ſuum antecedens ſubſtantiuū importato. ⁊ tali ſuppoſitiōe ſupponit relatiuū: ille: in ſecunda cathegorica huius copulatiue homo currit ⁊ ille mouetur.

¶ Suppō relatiua accidētalis eſt ſuppoſitio relatiua pro ſignificato per ſuū antecedens adiectiuū deſignato aut pro alio illi diſſimili per tale relatiuū importato. Exemplū prioris. In hac enunciatione ſocrates eſt pedalis quantus eſt plato relatiuum q̄tus dicit ſuppoſitio accidentalis. Exemplū poſterioris. In hac ꝓpoſitione ſocrates eſt albus ⁊ alteriuſmodi eſt plato: hoc relatiuū alteriuſmodi dicit accidentalis ſuppoſitio. ſupponit enim ꝓ diſſimili qualitate ab albedine.

¶ Suppō relatiua ſubſtātialis.

Idēptifica. Diuerſifica.

Suppoſitio relatiua ſubſtantialis idemptifica eſt ſuppoſitio relatiua ſubſtantialis pro ſignificato per antecedens dati relatiui ſubſtātie idemptitatis importato. Exemplū. In hac ꝓpoſitione q̄libet homo eſt ipſemet: datū relatiuū ipſemet dicit ſuppō relatiua ſubſtantialis ⁊ idemptifica.

¶ Suppoſitio relatiua ſubſtantialis ⁊ diuerſifica eſt ſuppoſitio relatiua ſubſtantialis pro ſignificato per antecedens dati relatiui ſubſtantie diuerſitatis importato: Exemplū. In iſta enunciatiōe: q̄libet homo ⁊ aliꝰ homo ſūt duo homines: relatiuū aliꝰ eſt ſuppoſitio relatiua ſubſtātialis ⁊ diuerſifica.

¶ Suppō idēptifica.

Reciproca Non reciproca

Suppoſitio idemptifica reciproca eſt ſuppoſitio idemptifica ꝓ ſignificato per antecedens eiuſdem relatiui reciproci importato. ⁊ hac ſuppoſitione ſupponit hoc relatiuū ſe. in hac propoſitione q̄libet homo diligit ſe.

¶ Suppoſitio idemptifica non reciproca eſt ſuppoſitio idemptifica pro ſignificato per antecedens eiuſdem relatiui non reciproci denotato. ⁊ tali ſuppoſitione ſupponit hoc relatiuū ipſe in ſecunda cathegorica huiꝰ copulatiue ſocrates currit ⁊ ipſe mouet.

¶ Suppō relatiua accidētalis.

Idemptifica. Diuerſifica.

Suppoſitio relatiua accidētalis idemptifica eſt ſuppoſitio relatiua accidentalis pro ſignificato per antecedens eiuſdem relatiui accidentis idemptitatis importato. Exemplū. In hac propoſitione ſocrates eſt magnꝰ q̄tꝰ eſt plato. relatiuum quantꝰ. dicitur ſuppoſitio relatiua accidentalis ⁊ idemptifica

¶ Suppoſitio relatiua accidentalis ⁊ diuerſifica eſt ſuppō relatiua accidētalis pro ſignificato per anꝰs eiuſdem relatiui accidentis diuerſitatis demonſtrato. Et talis eſt hoc relatiuum alteriuſmodi in ſecunda huius copulatiue cathegorica. ſocrates eſt albus: ⁊ alteriuſmodi eſt plato.



¶ Duobus primis in hac relatiuorū materia expeditis tertium ſe offert examinādum ⁊ illud eſt aſſignare aliquot regulas pro clara ipſorum relatiuorum cognitione obtinenda.

¶ Prima regula.

Omne relatiuū ſubſtantie idēptitatis non reciprocum poſitū in copulatiua affirmatiua vel negatiua referens ſuū antecedens poſitū in altera cathegorica tenetur pro illo pro quo denotatur verificari propoſitio ſui antecedentis. exemplū. Quilibet homo eſt animal ⁊ ſocrates eſt ille. hec autem ſecunda cathegorica ſumitur loco huius ſocrates eſt homo qui eſt animal. ⁊ hic modus referendi a nonnullis reſtrictus appellatur. Sunt qui dicūt datam propoſitionem equiuocam ſm̄ q̄ relatiuum poteſt referre: vt dictum eſt: ⁊ adhuc reſtrictius. ſ. cum ſigno vniuerſali ⁊ tunc ſenſus ſecunde cathegorice eſt iſte. Socrates eſt quilibet homo qui eſt aīal. ⁊ ſic ī vno ſenſu aſſumpta copulatiua eēt vera ⁊ in altero falſa. Standū eſt tamen in priori ſenſu.

¶ Secunda regula.

¶ Omne relatiuū ſubſtantie idemptitatis non reciprocum poſitum in diſiunctiua aut conditionali referens ſuum antecedens poſitum in altera cathegorica tenetur pro illo pro quo ſuum antecedēs ſupponere denotatur: ⁊ ſemꝑ loco talis licet ponere ſuum antecedens. exemplū. Socrates eſt currens vel ipſe nō eſt currēs: que huic equiualet ſocrates eſt currens vel ſocrates non eſt currens. Et ſi tale relatiuum referat ſuum antecedens reſtricte: eſſet ſenſus ſocrates eſt currens vel ſocrates qui eſt currens non eſt currens. ſꝫ iſtud ſecundū non eſt recipiendum: quū hic ſenſus ſit falſus in caſu quo ſocrates quieſcat: ⁊ tamen prior diſiunctiua eſt vera. ſ. Socrates eſt currens vel ipſe non ē currens. Idem de hac conditionali dicatur. Socrates non viuit ſi ipſe viuit: que falſa eſt: ⁊ tamen eſſet vera vbi reſtricte referret ſuum antecedens: quum ſenſus eēt iſte. Socrates non viuit ⁊ ſi ſocrates qui non viuit viuit.

¶ Tertia regula.

¶ Omne relatiuum inter duas verbales copulas collocatum ſi referat terminum priorem copulam antecedentem: reſoluit in coniunctionem copulatiuam. et. ⁊ relatiuū ille. illa. aut illud. ſm̄ debitum genꝰ ⁊ numerum ⁊ propoſitio in qua huiuſmodi relatiuum habetur: eſt virtualr̄ copulatiua. Quandoqꝫ aūt tale relatiuū cū ſuo aūte: vnicā efficit determinationem. quo dato ꝓpō in qua ponit̄ cathegorica ē cenſenda. quo ſit omnem talē ꝓpōnē eē plures. Si vero relatiuum ambas copulas precedat ſeu ſequat̄ ſui antecedētis determinatio dicetur: ⁊ propoſitio ī qua ponit̄ cathegorica ſolū gaudebit appellatiōe.

¶ Deducitur ex iſta regula ſocrate quieſcente ⁊ platone moto hāc propoſitionē omnis homo mouetur qui currit: eſſe falſam in ſenſu copulatiuo. q̄m reſoluit ī hāc copulatiuā falſā omnis homo mouetur ⁊ ille currit. Qō ſi ſumatur data propoſitio in ſenſu cathegorico dicenda eſt in poſito caſu vera: equiualet enim in tali ſenſu huic vere cathegorice omnis homo qui currit mouetur: cuius ſubiectum eſt hoc totum homo qui currit. ¶ Deducitur ſecundo has omnes propoſitiones eſſe eq̄uocas omnis conditionalis eſt vera que eſt bona ꝯñia. oīs conditionalis eſt falſa



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

que eſt mala conſequentia. ois copulati/
ua eſt vera cuiꝰ quelibet cathegorica ē ve
ra. Nam in ſenſu hypporhetico ſunt falſe
In ſenſu aūt cathegorico vē. ſenſus hyp/
potheticus prime eſt iſte: ois conditiona
lis eſt vera ⁊ illa eſt bona ꝯn̄ia. ſenſus ſe/
cunde eſt iſte: omnis cōditionalis eſt fal/
ſa ⁊ illa eſt mala ꝯn̄ia. ſenſus tertie eſt iſte:
ois copulatiua eſt vera ⁊ illiꝰ quelibet ca
thegorica ē vera. ſenſus aūt cathegoricꝰ
prime eſt iſte: ois conditionalis que eſt bo
na ꝯn̄ia eſt vera. ſenſus ſecūde eſt iſte: ois
conditionalis que eſt mala ꝯn̄ia eſt falſa.
⁊ ſenſus tertie eſt iſte: ois copulatiua cuiꝰ
q̄lʒ cathegorica eſt vera eſt vera ⁊ iſti ſen/
ſus cathegorici ſunt vi: illi aūt hyppothe
tici falſi. ¶ Deducit̄ tertio hanc ꝓpōneʒ
eſſe equiuocaʒ: aliq̄d differt ab aīali quod
non differt ab hoīe. ſi relatiuum quod re
fert: aīali: tunc eſt cathegorica ⁊ vera. cuiꝰ
predicatum eſt hoc totū: differens ab ani
mali quod non differt ab hoīe. ſi aūt rela/
tiuum quod referat aliquid tunc in vtro
q̄ʒ ſenſu. ſ. hyppothetico ⁊ cathegorico ē
falſa: ſenſus hyppoteticus eſt iſte. aliquid
differt ab aīali ⁊ illud non differt ab hoīe.
⁊ ſenſus cathegoricus eſt iſte: aliquid qđ
non differt ab homine differt ab animali.

¶ Quarta regula.

¶ Dē relatiuū tā ſubē q̄ʒ accidētis pret̄ re
ciprocū ſupponēs cōit̄: ſupponit ſm̄ ꝯſin
cathegorema i ip̄m cadēs ꝑmittit: In ſe/
cūda huiꝰ copulatiue ꝑte: aliq̄s hō currit
⁊ ip̄e mouet̄ relatiuū ip̄e ſupponit̄ detmi/
nate. Et i iſta aliq̄s hō currit ⁊ q̄lʒ hō ē il
le ſupponit relatiuū cōfuſe immobilr̄. In
hac aūt aliq̄s hō currit ⁊ ois ille mouet̄ re
latiuū ille cōfundit̄ mobilr̄ ſeu diſtributi/
ue. Eodē mō dicet̄ i hiſce ꝓpōnibꝰ copu
latiuis. aliq̄s hō ē albꝰ ⁊ talis ē currēs. ali
q̄s hō ē albꝰ ⁊ q̄lʒ leo ē talis. aliq̄s hō ē al
bus ⁊ ois talis ē coloratꝰ. Pari ꝓceſſu i
ceteris relatiuis dicatur.

¶ Quinta regula.

¶ Dē relatiuū ɼciprocū cadē ſuppoſitio
ne ſupponit q̄ ſuū āñs loquor ſub cōditio
ne: vcʒ vbi ⁊ āñs ⁊ ip̄m relatiuū ſupponat
Quo fit p̄dicatū huiꝰ ꝓpōnis ſocrates ē
ip̄emet ſuppōere diſcrete poſita: ſocratis
exiſtētia: ⁊ p̄dicatū huiꝰ enūciatiōis aliq̄ſ
hō ē ip̄emet determinate ſupponit. huiꝰ āt
ꝓpōnis p̄dicatū q̄lʒ hō ē ip̄emet ſupponit
mobilr̄ diſtributiue. Sʒ illa mobilitatio
ſigillata noiat̄: ꝓ q̄nto aſcēdēdo ⁊ deſcen
dēdo ſub eiꝰ āñte ſil̄ ſub relatiuo aſcēdere
⁊ dſcēdere ꝯtingit. q̄re hec ꝯn̄ia ē iſiciāda
q̄lʒ hō videt ſe: ꝰ q̄lʒ hō videt q̄mlʒ hoieʒ
Eſt. n. facile i ea iuenire āñs veꝝ ⁊ ꝯn̄s fal
ſuʒ. ¶ Et notabis licere ſemꝑ loco relati
ui reciproci ſuū āñs collocare expoliatū.
ita vt iualide formet̄ ꝯn̄a arguendo a pro
poſitione i q̄ relatiuū reciprocū hētur: ad
ꝓpōnē i q̄ loco talis relatiui eiꝰ āñs inue
nit̄ collocatū reliq̄s oibꝰ inuariatis. Iſte
eni ꝯn̄e valide ſūt ⁊ bone. q̄lʒ hō ē ip̄emet
ergo q̄lʒ hō ē hō. q̄lʒ hō videt ſe: ergo q̄lʒ
hō videt hoieʒ. q̄lʒ hō diligit ſuas opes:
ergo q̄lʒ hō diligit hois opes. ⁊ i ceteris
hoc pacto. nō tñ oportet mō cōuerſo ſem
per valeant ꝯn̄e.

¶ Sexta regula.

¶ Dē relatiuum diuerſitatis ſiue ſit ſubē
aut accidentis ſupponēs cōit̄: ſupponit i
q̄lʒ ſingulari ꝓ alio ab illo ꝓ quo eiꝰ āñs
ſingularizatū ſupponit. hoc facile digno
ſcitur i hoc exēplo q̄lʒ hō ⁊ aliꝰ hō ſūt duo
hoies. Nam deſcendendo ⁊ aſcendendo
ſub hoc tex̄o homo diſtributo quacunq̄ʒ
ſingulari data oportet cum ſub altero ſe/
quenti termino homo aſcendatur ⁊ deſcē
datur demonſtretur aliud ſuppoſituʒ ab
illo quod prius demonſtratum erat. Et
hoc pacto in relatiuis accidentis diuerſi
tatis dicatur.



Queritur decimo ſexto vtrū ea
oia q̄ de relatiuis tetigimus i textu
ſint a nobis bene aſſignata.
¶ Primo notandū eſt relati/
uum bifariā ſumi. ſ. grāmatice ⁊ dialectice. po/
ſterior acceptio diſputabitur in quarta ſectione
cum de predicamento relationis dicemus. Pri
or autem eſt impreſentiarum examinanda. pro
qua eſt aduertendum ꝙ relatiuuʒ vt in textu di
ximus eſt rei rerumue ante latarum memora/
tiuum. Et eſt triplex. ſ. referens tantum relatuʒ
tm̄: referens ⁊ relatū ſimul. Relatiuū referēs tā
tum eſt quoddam ſincathegorema limitatiuuʒ
termini ſuper quem cadit vt relatiue teneatur.
Relatiuum relatum tantum eſt cathegorema/
cui īmediate additum eſt relatiuum referens tā
tum. Verbi gratia. In hac propoſitione ſocra
tes currit ⁊ ipſe Socrates mouetur. relatiuum
ipſe dicitur referens tantum ⁊ terminus So/
crates īmediate ſequens dicitur relatiuum rela
tum tantum. Relatiuum autem referens ⁊ re/
latum ſimul eſt illud quod habet vim referendi
⁊ cum hoc ſignificat rem per ſuuʒ āñs importa
tā: ⁊ tale eſt predicatum huius enunciatiōis ca
thegorice. ſocrates ē ip̄emet. Et oē tale relatiuū
quod ſimul eſt referens ⁊ relatum dicitur ſimpli
citer relatiuum: ⁊ de iſto agitur impreſentiaruʒ
ſermo. Nam aliqua dicuntur relatiua ſm̄ quid
¶ Et aduerte omne relatiuum eſſe terminum
dependentem ſignificationē habentē. Depen/
det autem relatiui ſignificatio ab eius antece/
dentis ſignificatiōe. Itaq̄ʒ ſm̄ ꝙ aliud ⁊ aliud
ſignificat āñs cui adiungitur: ita pro alio ⁊ alio
tale relatiuum habetur. Nā in hac ſcripta enun
ciatione ſocrates eſt ip̄emet: relatiuum ip̄emet
ſolum ſocratem repreſentat. ⁊ ſi loco illius ante
cedentis ſocrates ponat̄: iſtud vcʒ plato tūc pla
tonem ⁊ non amplius ſocratem repreſentabit.
itaq̄ʒ in potentia omne ens mundi ſignificat: i
actu aūt ſolum illud quod eius antecedens rep̄
ſentat: Et quandoq̄ʒ aliud per diſſimilitudineʒ
quando eſt relatiuum accidentis diuerſitatis.
¶ Preterea eſt aduertendum nullum relatiuū
i mente vltimata iueniri: ſed ſolum in voce. ſcri/
pto. aut mente iultimata habetur. Et ratio eſt
q̄m̄ i mente nullus terminus ſignificat aliquid
aut aliqua per reſpectum ad aliud aut dependē
ter: vt ſatis probatum ex priori huius ſectionis
parte relinquimus. Deinde diuiſum eſt ip̄m re/
latiuum ſua primaria diuiſione in relatiuū ſub/
ſtantie ⁊ relatiuum accidentis quid autem ſit re
latiuū ſubſtantie ⁊ quid pariter relatiuum acci
dentis ex ip̄o textu patere poteſt. Id tamē nō
eſt pretereundum relatiuum ſubſtantie non ea
de cauſa ſic appellari q̄r. ſ. referat tex̄m predica/
menti ſubſtantie. aut q̄r referat tex̄m ſupponen
tem pro ſubſtantia. Naʒ i hiſce copulatiuis cur
rens eſt ſocrates ⁊ illud eſt album. caliditas eſt
ens ⁊ illa calefacit. poſita relatiua dicuntur ſub
ſtantie ⁊ tamen p̄us illorum non refert tex̄m pre
dicamenti ſubſtantie ⁊ poſterius non refert ter
minum ſupponentem pro ſubſtantia. Dicitur
ergo relatiuum ſubſtantie pro quanto refert ter
minum ſubſtantiuū. Eodē modo non ex eo dici
tur relatiuum accidentis: q̄r referat antecedens
predicamenti accidētis: aut q̄r referat terminuʒ
ſupponentem pro accidente: ſed ex eo dictum ē
relatiuū accidentis q̄r refert antecedens adiecti
uum. adiectiua eniʒ tex̄i accidentales dicuntur.
Deinde relatiuum ſubſtantie diuiſum eſt in re/
latiuum idemptitatis ⁊ diuerſitatis. Et relati/
uum ſubſtantie idemptitatis diuiditur in relati
uum reciprocū ⁊ non reciprocū: Deinde relati/
uū reciprocū ſectum ē i poſſeſſiuū ⁊ non poſſeſſi
uum. Demum autem relatiuū accidentis diui/
ſum eſt i relatiuū idēptitatis ⁊ diuerſitatis. De
q̄bus omnibus textus clare determinat. ¶ Ad
uerte iſuper tripliciter ſumi poſſe talia relatiua
ſ. demonſtratiue. Indefinite. ⁊ relatiue. Quum
ſumuntur demonſtratiue efficiunt propoſitio/
nes ſingulares vt ſunt iſte propoſitiones ille cur
rit ſocrate oſtenſo per relatiuū ille. talis eſt meꝰ
equus vno equo albo oſtenſo. Quando vero
talia relatiua ſumuntur idefinite conſtituunt ꝓ
poſitiones idifinitas vt q̄ eſt recta aīa: operatur
bonum q̄ huic indefinite equalet. exiſtēs recta
aīa operatur bonū. In hac etiā propoſitione. q̄
lia habeo confero. relatiuū qualia tenetur idifi/
nite. Quando autē relatiue tenentur: tunc ꝓpē
dicuntur relatiua: vt i hiſce propoſitionibus cō
tingit. Socrates docet ⁊ ipſe loquitur. ſocrates
eſt albus qualis eſt plato. ⁊ hec ſola acceptio eſt
noſtro ꝓpoſito accomoda. Poteſt adhuc vno
alio modo teneri relatiuū preſertim accidentis
ſ. interrogatiue: vt quū interrogat aliq̄s qualis
eſt ſocrates? aut quotus eſt ſocrates? ¶ Prete
rea eſt aduertendum hoc relatiuum. q̄. que. qđ.
preter acceptionem qua accipitur relatiue duo/
bus alijs modis adhuc teneri. ſ. participialiter
⁊ reſtrictiue hoc itellige partialiter. ⁊ has acce/
ptiones habet idiferenter ſemper ꝙ inter eiꝰ an

recedens ⁊ copulam verbalem minus ꝓncipalē
ſumitur. itaq; quū participialiter tenetur reſol
uitur in participium copule verbalis īplicatorie
Verbi gratia. ī iſtis propoſitionibus ſocrates q̄
eſt erit currens. ſocrates qui fuit erit currens. ſo
crates qui erit erit currens. tento relatiuo ī ſen-
ſu participiali tunc qui eſt valet exiſtens: q̄ fuit
preteritum. qui erit futurum. Qđ ſi ſumat̄ cum
copula implicatoria ď poſſibili aut imaginario
vt in his propoſitionibus contingit Socrates q̄
poteſt eſſe erit currēs. ſocrates qui imaginatur
eſſe erit currens. tunc qui poteſt eſſe valet poſſi-
bilis. ⁊ q̄ imaginatur eſſe imaginabilis. ¶ Si
vero in qualibet illarū propoſitionū ſumatur
relatiuū qui ſimul cum copula implicatoria.
tantum reſtrictiue: tunc reſtringit ſuum ante-
cedens vt teneatur ſm ꝙ copula implicatoria
permittit: ⁊ ſi tale antecedens ſupponat ſuppo-
net pro illo pro quo eſt verificabile in ordine ad
copulam principalem: ſeruata tamen reſtrictio
ne copule implicatorie. quo ſit has duas enun-
ciationes non equiualere antichriſtus qui ē erit
homo. antichriſtus qui eſt erit homo ſumpto q̄
eſt participialiter in priori ⁊ tamen reſtrictiue ī
poſteriori. Eſt enim illa vera que in ſenſu parti
cipiali ſumitur: ⁊ altera falſa. tamen ſiue partici
pialiter ſeu ſolum reſtrictiue ſumantur: ſemper
ſunt determinationes antecedentis determina
tiones inquam vnica acceptione. ¶ Ex his q̄
dicta ſunt īferuntur ſequētia corolaria. ¶ Pri
mum corolariū eſt: hec copulatiua rebus vt nūc
ſe habentibus eſt vera: Antichriſtus qui eſt erit
homo: ⁊ tamen antichriſtus non eſt homo. ſu-
mendo qui eſt participialiter. ¶ Secundū co
rolarium eſt iſte omnes cathegorice ſunt conce
dende rebus vt nunc. Omne quod fuit eſt. om-
ne quod erit eſt. omne quod poteſt eſſe eſt. om-
ne quod imaginatur eſſe eſt. capiēdo quod fuit
quod erit ⁊ reliqua tam participialiter quam re
ſtrictiue tantum. Denotatur enim per primaz
illarum. omne quod fuit ⁊ eſt, eſt. ⁊ proportiona
biliter dicatur in reliquis propoſitionibus. Vi-
debitur autem in proxima ſequenti queſtione
an iſte propoſitiones ſunt rebus vt nunc vere.
Omne preteritum eſt. omne futurum eſt. omne
poſſibile eſt. omne imaginabile eſt. quas multi
logici concedunt: ⁊ dicunt equiualere alijs pri⁹
acceptis enunciationibus. ¶ Obijciet forſitan
aliquis probando hanc propoſitionem falſam.
Omne quod fuit eſt. Bene ſequitur. hec ꝓpoſi
tio eſt vera aliquid quod fuit non eſt: que alteri
contradicit: ergo altera eſt falſa. patet conſeqn
tia ⁊ probatur antecedens dupliciter. ¶ Pri-
mo ſic. Adaz qui fuit non eſt: ergo aliquid qđ
fuit non eſt. conſequentia videtur nota ad infe-
riori ad ſuum ſuperius. ¶ Secundo proba-
tur. Bene ſequitur. Aliquid fuit ⁊ ipſum non
eſt: ergo aliquid quod fuit non eſt. ¶ Ad ꝑmū
iſtorum reſpondeo negando conſequentiam.
Nam arguēdo ab inferiori ad ſuū ſuperius ne
gatiue ſine conſtantia inferioris nō oportet va
leat ꝯñā. ſed notabis inſtantiam ſemper ponen
dam eſſe reſpectu copule ꝓncipalis. ¶ Ad ſecū
dum reſpondeo admiſſa ꝯñia negando āñs ꝑ
eius parte poſteriori que huic enunciationi fal
ſe equalet: aliq̄d quod fuit non eſt. ¶ Iterū for
ſitan obijceret aliquis probando hanc propōnē
falſam. omne quod erit eſt. ſequeret̄ ꝙ illa vni-
uerſalis non equaleret ſue excluſiue huic vz. tā
tū ens eſt quod erit: ⁊ ꝙ illud ſequatur probat̄.
Sit caſus craſtina luce ſolus ſit deus: ⁊ poſt diē
craſtinū iterū ꝓducant̄ aliqua entia q̄ nunc non
ſunt. ⁊ loquamur ſemꝑ ī creaturis. tunc ita erit
ſicut per excluſiuā nunc ſignificat̄ quū data ex-
cluſiua huic vere propoſitioni equaleat. tm̄ ens
eſt futurum. ⁊ tamen non erit ita ſicut per iſtā ſi
gnificat̄: omne qđ erit eſt ſumpto qđ erit partici
pialit̄. qm̄ equalet huic falſe. omne futurū ē. Im
mo nunc excluſiua dat̄ vera vniuerſali exiſtente
falſa in caſu quo cuncte creature ī hoc īſtanti ď
ſinant eſſe ꝑ vltimū īſtans eſſe: ⁊ de nouo creent̄
craſtina luce alia entia ⁊ loquēdo ſemper ī crea
turis. ¶ Ad iſtā replicā rñdeo concedendo illā
vniuerſalem non equalere date excluſiue: vt rō
oñdit: ſed nego datam excluſiuaz eſſe excluſiuā
illi⁹ vniuerſalis: ſed excluſiua illius vniuerſalis ē
iſta: tantū ens ē quod erit ſumpto qđ erit reſtri-
ctiue. Et vniuerſalis alterius excluſiue dicetur
iſta. oē qđ erit eſt vel erit ens. Pro maiori decla
ratione facte replice eſt aduertēdū: hāc ꝑticulā
qđ erit: ſumptā; participialr̄ equalere huic teřio
futurū. Et hic teřs futurū quū ponit̄ a ꝑte ꝑ̄di-
cati ī recto habet modum āpliandi ad pñs ⁊ fu
turū. quū vo a ꝑte ſubiecti īuenit̄ collocatū: nō
retinet illā āpliādi vtutē: ⁊ non iſta vniuerſalis.
oē qđ erit ē non equalet huic excluſiue tm̄ ens ē
qđ erit ſemper ſumendo qđ erit participialr̄. ſed
de his plura ī proxima ſequenti q̄ſtione videbū-
tur. Circa expoſitionē textus cenſui non īmorā-
dū: poſtq̄ ꝑ ſe cuilibet patere pōt: q̄d ſignificet.



¶ Secundo notandum eſt in materia re
latiuorum ſubſtantie triplicē opinionē inueniri
quarum quamlibet ſub breuitate tangere decre
uimus. ¶ Prima opinio tenet omne tale rela
tiuum conuerti in ſuo āñte non modo quo ad
ſignificationem. verumetiam quoad ſupponen
di modum. Itaq; vniuerſaliter ſemper loco re
latiui licet ponere ſuum āñs eodem modo ſup-
ponens. Et ſm hunc dicendi modum iſta om-
nes propoſitiones copulatiue veniunt concedē
de. Aliquis homo eſt currēs: ⁊ ille quieſcit. Ali-
quis homo eſt albus: ⁊ ille eſt niger. Aliquis an
gel⁹ ē beat⁹: ⁊ ipe ē dānat⁹. aliq̄s leo ē aīal ⁊ illō
ē hō. ⁊ ď multis alijs ħ pacto. Prima āñt copu
latiua huic vere propoſitioni equiualet. Aliq̄s
homo eſt currens ⁊ aliquis homo mouetur. ⁊ ꝑ
hoc facile patet quibus veris enunciationibus
alie propoſitiones copulatiue equaleāt. ¶ Itē
iſte omnes copulatiue veniunt concedende. qui
libet homo eſt hō: ⁊ ille quilibet homo eſt. Pro
mitto tibi denarium: ⁊ illum tibi promitto: ⁊ tm̄
nullum denarium tibi promitto. Incipit eſſe ali
quis homo: ⁊ ille incipit eſſe: ⁊ tamen nullus hō
incipit eſſe. Immediate poſt hoc erit inſtās ⁊ il-
lud immediate poſt hoc erit. Nam poſtq̄ āñtia
illoꝝ relatiuorum confuſe tantum ſiue immobi
liter ſupponūt: relatiua ipa quoq; immobiliter
ſupponent. Prima igitur datarum copulatiua
rum huic equiualet. quilibet homo eſt homo ⁊
a. homo quilibet homo eſt. que vera eſt. ⁊ ꝑ hoc
facile patet aliarū veritas. ¶ Item iſte omnes
propoſitiones cathegorice ſunt concedende. A
liqua propoſitio eſt ſua contradictoria. Aliquis
homo eſt ſuus filius. Aliquis homo genuit ſe.
Aliquis homo odit ⁊ diligit ſe. Equiualet eniz
prima illarum huic propoſitioni vere: aliqua ꝓ
poſitio eſt propoſitionis contradictoria. ⁊ ſecun
da iſti aliquis homo eſt hominis fili⁹. tertia iſti
aliquis homo genuit hominē. ⁊ quarta iſti. Ali
quis homo odit ⁊ diligit hominē: ſed notum eſt
has eſſe veras: igitur. ¶ Contra iſtam opinio-
nē non opus eſt argumētari poſtq̄ nō poſſunt
maiora adduci incōueniētia q̄ ſint hec omnia
que ipſa opinio concedit. ſufficit enim mihi ꝙ
ipe opinans fateatur ꝙ aliqua opinio eſt falſa
⁊ ſua eſt illa. ⁊ iſtud debet confiteri ex his q̄ di-
cta ſunt. ¶ Secunda opinio tenet omne relati
uum conuerti cum ſuo āñte quoad ſignificatio
nem ⁊ ſuppoſitionem: non tamen ſimpliciter. ſꝫ
prout habet reſpectum ad totam propoſitionē
ſui āñtis ⁊ hunc referendi modum nonnulli vo
cant reſtrictum. Et ſm iſtam opinionem prime
quattuor propoſitiones copulatiue que in alte-
ra opinione concedebantur ſunt negande: vz
aliquis homo eſt currēs: ⁊ ille quieſcit. Aliquis
homo eſt albus ⁊ ille eſt niger ⁊c̄. Per primā co
pulatiuam denotatur ꝙ aliquis homo ē currēs
⁊ ꝙ ille hō q̄ eſt currens q̄eſcit qđ falſuꝫ eſt ⁊ im
poſſibile. proportionabilit̄ dicat̄ in alijs. ¶ Itē
negat hec opinio alias quattuor propoſitiones
copulatiuas quas precedens opinio cōcedit. ſ.
quilibet homo eſt homo: ⁊ ille nō q̄libet homo ē
promitto tibi denariuꝫ ⁊ illuꝫ tibi promitto ⁊c̄.
prima enim ſignificat ꝙ quilibet homo eſt hō:
⁊ ꝙ ille homo qui eſt quilibet homo: quilibet hō
ſit: ⁊ illud eſt falſum: ⁊ in alijs dic conformiter.
¶ Negat inſuper hec poſitio has omnes enun
ciatiōes copulatiuas. Aliquod aīal eſt: ⁊ homo
non eſt illud. Aliquod animal eſt homo: ⁊ illud
eſt leo. Aliqua propoſitio eſt poſſibilis: ⁊ illa eſt
impoſſibilis. Aliqua ꝓpoſitio eſt aſſertiua: ⁊ ipa
eſt negatiua. per ꝑmaz ſignificatur ꝙ aliquod
animal eſt: ⁊ homo eſt animal exiſtens: ⁊ per ſe-
cundam ſignificatur ꝙ aliquod animal eſt ho-
mo: ⁊ animal homo eſt leo: ⁊ in reliquis hoc mo
do. ipſas tamen propoſitiones precedēs opi-
nio concederet veras. ¶ Preterea opinio iſta
concedit quattuor vltimas cathegoricas: quas
precedens opinio etiam concedit. ſ. Aliqua pro
poſitio eſt ſua contradictoria. Aliquis homo ē
ſuus fili⁹. Aliquis homo genuit ſe. Aliquis hō
odit ⁊ diligit ſe. ¶ Itē concedit has copulati-
uas: Aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt illō.
Aliquid eſt ⁊ quodlibet eſt illud. Aliquod colo
ratum eſt: ⁊ quodlibet album eſt, illud. Aliqua
propoſitio eſt ſua contradictoria: ⁊ nulla propo
ſitio vera eſt ſua contradictoria. ⁊ multe alie ſi-
miles ſunt ex hoc dicendi modo concedende.
¶ Et ſi hec ſecūda opinio rationabilior videa
tur in multis priori opinione. quia tamen ab-
ſurdas concedit propoſitiones perinde ac alte-
ra eſt ſimul cū illa reijcienda. ¶ Tertia opinio
tenet omne relatiuū ſignificare illud quod ſuū
āñs ſignificat ⁊ ſupponere pro illo pro quo ſup
ponit ſuum āñs. ſed cum hoc diſcretius q̄ ſup-
ponat āñs aut ſaltem non cōfuſius. itaq; ſi āñs
relatiui ſupponit diſcrete: ⁊ ipſum relatiuū eti
am diſcrete ſupponit: ⁊ ſi āñs determinate ſup-
ponit pariter ⁊ relatiuum ſupponet determina
te ꝙ ſi āñs ſupponat immobiliter confuſe tātū:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

relatiuum ſupponet mobiliter ⁊ determinate. Si vero ipm̄ añs mobiliter diſtributiue ſupponat ipm̄ quoqꝫ relatiuum eodem modo ſupponet. Secūdum iſtam opinionem omnes iſte ꝓpoſitiones copulatiue ſunt negande. Aliquis homo eſt ⁊ quilibet homo eſt ille. aliquid eſt: ⁊ quodlibet eſt illud. Aliquod coloratuz eſt ⁊ qd̄libet album eſt illud. omnis homo eſt animal: ⁊ illud eſt ſubſtantia. per primam denotatur ꝙ aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt. b. homo. ⁊ ꝑ ſecundam ꝙ aliquid eſt: ⁊ quodlibet eſt. b. aliquid. per tertiam ꝙ aliquod coloratum eſt: ⁊ quodlibet album eſt. b. coloratum. ⁊ per quartam ꝙ omnis homo eſt animal: ⁊ animal qd̄ eſt omnis homo eſt ſubſtantia. ſed notum eſt quālibet iſtarum eſſe falſam: igitur. ¶ Etiam iſte omnes cathegorice falſe reputantur ſm̄ hanc opinionem. ſ. aliqua propoſitio eſt ſua contradictoria. aliquis homo eſt ſuus filius. aliquis homo genuit ſe. aliq̄s homo odit ⁊ diligit ſe. Cognoſcitur autem falſitas harum propoſitionuz ⁊ ſimilium ex communi hominum vſu. ¶ Conceduntur ſm̄ hanc opinionem omnes iſte ꝓpoſitiones copulatiue. ¶ Prima propoſitio. Omnia compoſſibilia iſtorum ſunt ⁊ tamen nec illa ſunt finita aut infinita. per pronomē iſtoruz demonſtro has quattuor propoſitiones ſocrates currit ſocrates non currit plato quieſcit ⁊ plato non quieſcit. ꝙ autem illa propoſitio copulatiua ſit concedenda probatur: imprimis eius ṗor cathegorica eſt vera: quum quelibet ſingularis eius ſit vera. ꝙ autem poſterior cathegorica ſit vera patet. per falſitatem ſue contradictorie: q̄ eſt iſta. Illa ſunt finita aut infinita: que falſa eſt propter non ſuppoſitionem relatiui. Nam tantum ſignificat quantum iſta: illa que ſunt omnia compoſſibilia iſtorum ſunt finita aut infinita. ⁊ quum nulla ſint talia: habetur propoſitum ¶ Secūda propoſitio. Omnes homines ſimiles currunt: ⁊ nullus eoruz mouetur. Sit caſus quattuor homines currant quoruz duo ſunt albi: ⁊ alij duo nigri ⁊ nulli ſint alij ⁊ habetur propoſitio in veritate. Nam prior pars patet ꝑ ſingulares: ⁊ ⁊ poſterior etiā patet per ſuā equiualentem que eſt iſta: nullus eorum omnium hominum ſimilium mouetur que vera eſt: vt ſatis oſtendit falſitas ſue contradictorie. ¶ Tertia propoſitio. Infinite ſunt partes ſocratis equales non communicantes: ⁊ nulla earuz eſt pars ſocratis. prior pars date copulatiue eſt nota per ſuas exponentes. Nam due ſunt partes ſocratis equales non communicantes. tres ſunt partes ſocratis equales non communicantes ⁊ q̄ttuor ⁊ quinqꝫ ⁊ ꝯñr. Iam probatur date copulatiue poſterior pars per falſitatem contradictorie que equiualet huic affirmatiue falſe de ſubiecto non ſupponēte: aliq̄ earum infinitarū partium ſocratis equalium ⁊ non communicantiū ē pars ſocratis. ¶ Quarta propoſitio. Omnia duo ⁊ tria ſunt tria: ⁊ nulla eoruz ſunt tria. iſta propoſitio facile patet ex aliarum precedentiuz propoſitionum probatione. ¶ Sunt preterea iſte omnes propoſitiones cathegorice concedēdo ex hac tertia opiniōe. Immediate poſt hoc erit inſtans: quod non immediate poſt hoc erit Incipit eſſe inſtans: quod poſt hoc incipit eſſe. Incipit eſſe aliqua pars pertranſita: que per tēpus poſt hoc inſtans erit ſm̄ ſe totam pertranſeunda. Incipit aliquis punctus moueri: qui per tempus terminatum ad inſtans quod ē preſens quieſcet. Incipit aliqua pars eſſe calida que nō deſinit eſſe frigida. Incipit aliqua pars aſſimulari que non deſinit eſſe diſſimilis aſſimulanti. Neceſſario eſt aliquid: quod non neceſſario eſt Neceſſario erit aliquod contingens ad vtrunlibet: quod non neceſſario erit. Ad equitandum requiritur equus: qui non requiritur ad equitādum. Ad videndum requiritur oculus: qui nō requiritur ad videnduz. Debetur ſocrati aliq̄d quod ſocrati non debetur. Promitto tibi denarium: quem tibi non promitto. Et alie prope infinite propoſitiones ſunt ex iſta opinione concedende q̄ prima fronte falſe videntur eſſe. hāc tertiam opinionem defendit Guillelmus entiſbar ⁊ dicit ceteris oībus preſtare. ¶ His tñ tribus opinionibus non obſtantibus quartā opinionem mouere intendimus in qua ſtandum ē in hac relatiuorum materia ⁊ eſt. Omne relatiuum ſignificare illud quod ſuū añs ſignificat. ⁊ ſupponere pro illo pro quo ſuū añs ſupponit. ſed non ſemper eodem modo quo ſuū añs ſupponit. In hac propoſitione hō currit ⁊ ille mouetur ſupponunt añs ⁊ eius relatiuuz determinate. Et in iſta quilibet homo currit ⁊ ille mouetur: añs diſtribuitur ⁊ eius relatiuum determinate ſupponit ſaltem mediate. In hac aliq̄s homo eſt ⁊ quilibet homo eſt ille añs ſupponit determinate: ⁊ relatiuum confuſe immobiliter. In hac autez propoſitione. Aliquis homo currit ⁊ omnis ille mouetur: añs determinate ſupponit ⁊ relatiuū diſtributiue. ſuponit itaqꝫ relatiuum ſm̄ ſincathegorematis determinantis virtutem. Intellige in hac ⁊ precedentibus opinionibꝰ vbi antecedentia ſupponāt pariter ⁊ ipſa relatiua. Naz ſepenumero cōtingit añs ſupponere ⁊ non relatiuū: ⁊ modo conuerſo. vt patet in his duabus enūciationibus. antixp̄s erit: ⁊ ille eſt. antixp̄s fuit ⁊ poſſibiliter ille ē. ¶ Eſt tamen aduertendum ſm̄ hanc opinionem eſſe concedendas omnes illas propoſitiones cathegoricas que in proxima precedēti queſtione cōcedebantur cum quibus omnibus ſtat hec propoſitio cathegorica in poſſibilitate: incipit eſſe quod non incipit eſſe. facili enim caſu dabit̄ ita eſſe ſicut per ipſam ſignificatur. multe alie ꝓpoſitiones tam cathegorice ꝙ hyppotetice que ṗma fronte impoſſibiles eſſe vidētur ſunt ex hac quarta opinione concedende. quas omnes breuitatis cauſa pretermitto.

¶ His notatis titulo queſtiōis ponitur hec cōcluſio reſponſiua. Omnia que de relatiuis ī textu tetigimus vera ſunt ⁊ recte a nobis aſſignata.

PRimo ⁊ principaliter argumētor impugnādo ea que in ſecundo notabili dicta ſunt circa quattuor opiniones ibidem motas. Nam ſi ea omnia in veritate ſtarent: ſequeretur hanc copulatiuam eſſe concedendaz. Aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt ille: ſed hoc eſt falſuz: qd̄ ſic probo. Nā bene ſequitur. Aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt ille: ergo aliquis homo eſt: quilibet homo eſt. b. homo: ſed conſequens eſt falſum: ⁊ patet conſequentia: ex eo ꝙ ſm̄ ṗmā opinionem loco relatiui licet ponere ſuum antecedens eodem modo ſupponens. Etiaz ſm̄ tertiaz opinionem data propoſitio eſt vera: quum huic copulatiue equiualeat. Aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt. b. homo qui eſt. quoniā nō contingit relatiuum confuſius ſupponere ſuo antecedente. Et ſi dicas ꝙ eſt verum ſm̄ primā ⁊ tertiam opinionem illam propoſitionem eſſe falſam: ſed ſm̄ ſecundam vltimam illa propoſitio eſt concedenda. Tunc ſic argumentor vtranqꝫ partem impugnando ꝙ illa non ſit falſa ſm̄ primam ⁊ tertiaz opinionez: quoniā bene ſequitur. aliquis homo eſt iſte homo ⁊ ille. ⁊ aliquis homo eſt iſte homo ⁊ ille: ⁊ ſic de ſingulis hominibus: ergo aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt ille conſequentia tenet per aſcenſum ſed antecedens eſt verum: vt patet per veritatez cuiuſlibet ſingularis: igitur ⁊ conſequens. quod fuit negatum ſm̄ primam ⁊ tertiam opinionez. Iā probatur ꝙ ſm̄ ſecundam pariter: ⁊ vltimā opinonē illa propoſitio non ſit concedenda. Nam bene ſequitur. aliquis homo ē: ⁊ quilibet homo ē ille: ⁊ iſti homines ſunt oēs homines: ergo iſte homo ⁊ quilibet homo eſt ille vel iſte homo eſt ⁊ quilibet hō eſt ille: ⁊ ſic de ſingulis per deſcenſum. conſequens eſt falſum: vt patet per falſitatez cuiuſlibet deſcendentis: igitur ⁊ añs. Quod fuit improbandum.

¶ Confirmatur ṗmas duas regulas impugnando. Et accipio hanc propoſitionem copulatiuaz aliquis homo currit ⁊ ille mouetur in mente vltimata: tunc verū eſt dicere ꝙ relatiuū refert ſuuz antecedens in priori cathegorica poſitum reſtricte poſtq̄ꝫ eſt in copulatiua affirmatiua volo ꝙ corrupta illa copula coniunctionali et producatur vel. Tunc ſic argumentor. In diſiunctiua reſultanti relatiuum refert ſuuz antecedens reſtricte: ergo due prime regule falſe. conſequentia eſt nota ⁊ antecedens probo ſic. Si illud relatiuum in diſiunctiua illa reſultanti nō referret antecedens ſuuz reſtricte: ſequeret̄ poſtq̄ꝫ illud prius reſtricte referebat ꝙ a ſua ſignificatione: ſed hoc eſt maximuz inconueniēs concedere: igitur.

¶ Ad primū principale reſpondeo ꝙ iſta propoſitio aliquis homo eſt ⁊ quilibet homo eſt ille: eſt falſa ſm̄ primam opinionez ſm̄ quam relatiuum conuertitur cuz ſuo antecedente in ſignificando ⁊ ſupponendo: ⁊ ſic enunciatio illa huic propoſitioni equiualet aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt. b. homo. quā conſtat eſſe falſam. Eſt etiaz aſſumpta propoſitio falſa ſm̄ tertiaz opinionē que tenet relatiuuz ſupponere diſcretius ſuo antecedente aut ſaltem non confuſius ſuo antecedente: ſm̄ quā opinionem data ꝓpoſitio habet hunc ſenſum aliquis homo eſt ⁊ q̄libet homo eſt. b. homo qui eſt: que eſt falſa. Et ad improbationem quaz facis ſic arguendo bene ſequitur aliquis homo eſt ⁊ iſte homo eſt ille ⁊ aliquis homo eſt: ⁊ iſte homo ē ille: ⁊ ſic de ſingulis: ergo aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo ē ille: ꝯñia eſt aſcenſus. añs eſt verum. igitur ⁊ cōſequens. Reſpondeo negando iſtaz ꝯñiā valere. arguitur enim a pluribus determinatis ad vnaz determinatā reſpectu multitudinis: quod facile videre eſt. Naz relatiuū in qualibet aſcen

denti determinate ſupponit: ⁊ taliter etiã in ipſa aſcenſa ſupponit. ¶ Dico rurſum illam propoſitionẽ eſſe verã ſm ſecundã ⁊ quartaʒ opinionem. Et ad factã improbationeʒ reſpondeo negando ꝯñiaʒ. Hec eniʒ ꝯñia nihil valet aliquis homo eſt ⁊ quilibet homo eſt ille: ⁊ iſti homines ſunt omnes homines: ergo iſte homo eſt ⁊ quilibet homo ẽ ille: vel iſte homo eſt ⁊ quilibet hõ ẽ ille ⁊ ꝯñr nec tenet per deſcenſuʒ. Defectus eſt variatio relationis ⁊ virtualiter arguitur a confuſa ĩmobili ad diſcretã ſuppoſitionẽ ex parte relatiui. Quare non oportet conſequentiã valere.

¶ Contra ſolutionem datam ſic argumẽtor preaſſumptã propoſitionẽ ex vero in bonam conſequentiam inferendo. Unde bene ſequitur aliquis homo eſt ⁊ tm̃ ille eſt homo: ergo aliqs homo eſt: ⁊ quilibet homo eſt ille: tenet ꝯñia ab excluſiua primi ordinis ad vniuerſalẽ de terminis tranſpoſitis: ſed ꝙ excluſiua ſit vera. probat̃ ſic per ſuas exponentes que ſunt iſte aliquis hõ eſt ⁊ ille eſt homo: ⁊ aliquis homo eſt: ⁊ nihil nõ ille eſt homo: de veritate prioris non eſt dubitandum: ſed ꝙ poſterior etiã ſit vera patet quoniã huic propoſitioni vere equiualet ſcilicet aliquis homo eſt: ⁊ nihil non homo ẽ hõ que clare vera cenſetur.

¶ Ad iſtam replicaʒ reſpondeo conceſſa prima conſequentia que tenet ab excluſiua primi ordinis ad vniuerſalem de terminis tranſpoſitis: negando excluſiuam illã eſſe veram ⁊ quãdo probas per veritatem ſuarũ exponentium: dico ꝙ datur ſecunda exponens: deberet enim addi relatiuuʒ idemptitatis: vel dic ⁊ melius: ꝙ illa propoſitio excluſiua non eſt ĩmediate exponenda ſed prius debent dari ſingulares ex parte illius relatiui ſtantis determinate. quoniã idẽ eſt dicere aliquis hõ eſt ⁊ tm̃ ille eſt homo ⁊ dicere aliquis homo eſt: ⁊ tm̃. b. hõ eſt homo ſed cõſtat hanc propoſitionem eſſe falſaʒ videlicet aliquis homo eſt. ⁊ tm̃. b. homo eſt. Quare replica nihil concludit.

¶ Contra iſtam ſolutionem ſic argumẽtor. Si dicta ſtarent in veritate ſequeretur hãc propoſitionem eſſe concedendam: ſ. aliquis hõ eſt ⁊ quilibet homo differt ab illo: ſed ꝯñs ẽ falſum: ⁊ ꝙ illud ſequatur probo ſic. equiualens illius propoſitionis eſt vera. ſ. aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo differt a. b. homine: ſed ꝙ illa ſit vera probatur: ⁊ primo d̃ veritate prioris cathegorice illius copulatiue non eſt dubitandum: ⁊ ꝙ poſterior cathegorica ſit etiam vera patet ex eo ꝙ eſt ꝓpõ affirmatiua de extremis ſupponẽtibus per eodem. Iam probatur falſitas ꝯñtis vcʒ ꝙ illa propoſitio copulatiua ſit falſa. Nã ex ea ſequitur falſum in bona ꝯñia quum ſequat̃ illa propoſitio aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo differt a. b. homine: ergo aliquis homo eſt: ⁊ a. b. homine quilibet homo differt. tenet conſequentia ab equiualentibus: ſed conſequens eſt falſum vt ſatis notum eſt: igitur ⁊ antecedens: Quod fuit probandum.

¶ Ad hanc replicam duplex dari poteſt ſolutio. Poterit primo dici ꝙ hec propoſitio ẽ falſa vcʒ aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo differt ab illo: ⁊ ad improbationem reſpondeo negando veritatem huius propoſitionis que eſt ſua equiualẽs: ſ. aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo differt a. b. homine. Et quãdo probas dicẽdo ꝙ eſt propoſitio affirmatiua de extremis ſupponentibus pro eodem: dico ꝙ illa propoſitio non eſt pure affirmatiua ſed pregnans. ¶ Altero modo reſpondeo propoſitionem illam eſſe veram. Et ad obiectionem factam ĩ oppoſitum reſpondeo: concedendo iſtam ꝯñiaʒ valere Aliquis hõ eſt ⁊ quilibet homo differt ab illo: ergo aliquis homo ẽ: ⁊ quilibet homo differt a. b. homine. ſed nego ꝯñs eſſe falſum: ⁊ ad probationem quam facis arguendo. aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo differt a. b. homine: ergo aliquis homo eſt: ⁊ a. b. homine quilibet homo differt. reſpondeo negando illam conſequentiam. arguitur enĩ a determinatione vnica ad non vnicam ĩ qua equiualenter proceditur a cõfuſa ad determinatam reſpectu multitudinis. Clarius oſtendendo añs illius conſequentie eſſe veruʒ: ⁊ hoc pro ſecunda parte quum de priori non ſit difficultas hec propoſitio ꝗlibet hõ differt a. b. homine huic equalet ꝗlibet hõ eſt differens a. b homĩe: ⁊ illa propoſitio eſt vera quñ eius quelibet ſingularis ſit vera ex parte illius termini homo a parte ſubiecti: igitur.

¶ Contra iſtam ſolutionem ſic argumẽtor. Falſitatem huius copulatiue probando. aliqs homo eſt: ⁊ ꝗlʒ homo differt ab illo bene ſeqtur aliqs homo ẽ ⁊ ꝗlʒ homo differt ab illo ⁊ iſti homines ſunt omnes homines: ergo iſte homo eſt ⁊ ꝗlʒ homo differt ab illo: vel iſte homo eſt: ⁊ quilibet homo differt ab illo: conſequens eſt falſum pro qualibet ſingulari: igitur ⁊ antecedẽs.

¶ Ad hanc replicam reſpondeo negãdo conſequentiaʒ: nec ipſa eſt deſcenſus: ſed ſi recte vis deſcendere ſub ſubiecto prioris cathegorice fac vt relatiuũ determinate ĩ qualibet ſingulari accipiatur. aĩal. loco eius pone ſuum antecedẽs determinate ſupponens: quoniam volumus relatiuum ĩ copula illa aſſumpta referre ſuum antecedẽs quod determinate ſupponit: puta ly hõ ĩ p̃ori cathegorica. ¶ Peteret forſitan aliquis quid dicendum eſt ad hanc replicaʒ ⁊ ad argumentum principale ſm quartam opinionẽ quã diximus eſſe inter ceteras ſubſtinendaʒ. ¶ Ad hanc petitionem dico hanc propoſitionem eſſe falſaʒ. aliquis homo eſt: ⁊ quilibet homo differt ab illo: pro eo ꝙ ſecunda cathegorica huic ꝓpoſitioni falſe equalet. videlicet. quilibet homo differt ab homine qui eſt. Sed ſm iſtam opinionẽ hec copulatiua eſt concedenda. Aliquis homo eſt: ⁊ ꝗlʒ homo eſt ille: que fuit aſſumpta in principali argumento. pʒ veritas illius per ſuaʒ eq̃ualentem que eſt iſta. aliquis homo eſt: ⁊ ꝗlibet homo eſt homo q̃ eſt. Etiaʒ ſm hanc opinionẽ hec propoſitio eſt concedenda. aliquis homo ẽ: ⁊ tm̃ ille eſt homo: quum huic equiualeat. aliqs homo eſt: ⁊ tm̃ hõ q̃ eſt: eſt hõ.

¶ Peteret iterũ aliquis d̃ veritate huius propoſitionis aliqs homo non eſt: ⁊ ille erit homo.

¶ Ad petitionem motam reſpondeo: ꝙ iſta copulatiua aliquis homo non eſt: ⁊ ille erit homo: eſt falſa ratione p̃oris partis: ſed vera ratione poſterioris ⁊ hoc tam ſm p̃maʒ opinionẽ ꝙ̃ ſm quamlibet aliam: ⁊ quãdo hoc improbare intendis ſic arguendo. aliquis homo non eſt ⁊ ille erit homo ⁊ iſti homines ſunt omnes homines: ergo iſte homo nõ eſt. ⁊ ille erit homo. Et iſte homo non eſt: ⁊ ille erit homo ⁊ ſic de ſingulis. Reſpondeo negando illam ꝯñiaʒ. nec eniʒ eſt deſcenſus. defectus eſt ſatis clarus ex precedentibus. ¶ Peteret iterum adhuc aliquis de veritate iſtius propoſitionis copulatiue aliquis homo eſt ⁊ ſortes non eſt ille ⁊ plato non eſt ille: ĩ caſu ꝙ ſint ſoli ſocrates ⁊ plato inter homines ĩ rerũ natura. ¶ Ad iſtam petitionem reſpondeo propoſitionem illã eſſe concedendam ſm p̃mam ⁊ tertiam opinionẽ ex eo ꝙ vtrobiqʒ terminꝰ. ille. determinate ſupponit: ⁊ ſic ſenſus date copulatiue ſm p̃mã opinioneʒ erit iſte. aliqs homo eſt: ⁊ ſocrates homo non eſt: ⁊ plato homo non eſt: q̃ verus eſt ĩ caſu. Et ſm tertiaʒ erit iſte ſenſus aliquis homo eſt: ⁊ ſocrates homo q̃ eſt non eſt: ⁊ plato homo qui eſt non eſt: q̃ ẽt eſt verus. ¶ Et ſi obijcias. ex illa propoſitione copulatiua conceſſa ſequitur falſum ĩ bona conſequentia: ergo ipſa eſt falſa. conſequentia eſt nota ⁊ aſſumptum ꝓbo. Sequit̃ bene: aliqs homo eſt: ⁊ ſocrates non eſt ille: ⁊ plato nõ eſt ille: ergo iſte homo eſt ⁊ ſocrates non eſt ille ⁊ plato non eſt ille poſita conſtantia. ¶ Ad iſtam conſequẽtiam reſpondeo ipſaʒ nihil valere: nec tenet per deſcenſum: quare ponitur hec regula ſm intellectum p̃me opinionis. ¶ Nunꝙ̃ ſub antecedente alicuius relatiui fiat deſcenſus aut aſcenſus niſi loco relatiui ponatur antecedens eodẽ modo ſupponens ac ſupponebat ante ichoationẽ aſcenſus vel deſcenſus. Scd̃m tamen vltimam opinionem dicendum eſt copulatiuam illam eẽ falſam: ⁊ hoc ideo: q2 ters: ille: diſtribuit̃ vtrobiqʒ a negatione in ipſum cadente. Etiam nõ valet aſcenſus nec deſcenſus ſub antecedente ĩ talibus propoſitionibus: niſi loco relatiui ponat̃ ſuum antecedens taliter ſupponens: qualiter relatiuum ſupponebat: ⁊ hoc pro regula eſt obſeruandum.

¶ Peteret tandem aliquis: an in iſta propoſitione tantum coloratum eſt albuʒ ⁊ illud ẽ ſubſtantia: ly illud referat reſtricte ſuum antecedens: ⁊ ſi ſic: pʒ dari ſenſum illius copulatiue.

¶ Ad iſtam petitioneʒ reſpondeo concedendo relatiuũ illud referre ſuũ antecedens reſtricte: ⁊ ſenſus illius propoſitionis erit iſte: tantum coloratum eſt album: ⁊ illud coloratum qđ eſt tantum album eſt ſubſtantia. Nec eſt inconueniens ꝙ illud ſignum tantum includatur ĩ ſecunda cathegorica in qua relatiuum ponitur. Nec propterea ſequitur: ꝙ referat reſtricte primo modo ſuum antecedens: hoc eſt cum oĩbus terminis poſitis ĩ ſua cathegorica. Nam ly tm̃ poſtꝙ̃ addit̃ predicato nihil penitus obſtat q̃n relatio illa ſit reſtricta ſecundo modo: eo ꝙ iſte propoſitiones equalent tm̃ coloratum eſt albuʒ ⁊ illud eſt ſubſtantia: tm̃ coloratum eſt albũ ⁊ illud coloratum qđ eſt tm̃ albuʒ eſt ſubſtantia: tãtum coloratum eſt album ⁊ illud coloratum qđ eſt album eſt ſubſtãtia. Intellige ſi hoc ſignũ tãtum ſit alietatis ſignum ⁊ non alteritatis. Naʒ vbi illud ſignũ denotaret alteritatem: eſſet aliter reſpondendum.

¶ Ad confirmationeʒ in qua tangitur difficultas de relatiuis mentalibus vtrũ talia ĩ mẽte reperiantur reſpõdent aliqui affirmatiue eo

ī mente ponendo ſm̄ qđ ad argumentum dice-
retur: negando ꝙ ī diſiunctiua mentali que re-
ſultat ex depoſitione ſeu corruptione illius con-
iunctionis ⁊ ex pductione alterius coniunctiōis
ſ. vel: relatiuū referat ſuum antecedens reſtricte
Et quādo illud improbas: quoniā dato oppo
ſito ſequeretur ipſum relatiuum cadere a ſua ſi
gnificatione. Reſponderent negādo conſequē
tiam: ſed bene verum eſt relatiuū cadere ab illa
ſignificatione qua ſignificabat reſtricte: non tn̄
ab illa ſignificatiōe qua omnes homines ſigni
ficabat ſicut ſuum antecedens. Itaqꝫ ſm̄ iſtos
illud relatiuum mentale duplicē habet ſigni-
ficationem. Alterā qua omnes homines ſigni
ficat. Alterā qua ipſos reſtricte repreſentat. A
ſecunda ſignificatione poteſt cadere iſtud rela-
tiuum: ſed a priori non.

¶ Contra iſtam ſolutionem argumētor.
Sequeretur ꝙ aliquod relatiuum eſſet ī mente
ſine ſuo antecedente: quod tamen falſum ⁊ ab-
ſurdum eſt: quum ſignificationem habeat dpē-
derē. Et ꝙ illud ſequatur probo ſic. Conceſſuꝫ
eſt ꝙ habita iſta copulatiua aliqs homo eſt ⁊ il
le mouetur: et. poteſt corrumpi: ⁊ loco eius poni
vel: ergo pōt ita eſſe ꝙ corrupto et: mācāt am
be cathegorice non coniuncte: ſed ex illo ſequit
quamlibet earum poſſe corrumpi altera nō cor
rupta. quo dato habet illatū ī veritate.

¶ Quare aliter ad argumentum propter
rationem factam ⁊ propter alia motiua quidā
in materia relatiuorum dicit. incidendum eſſe ī
hanc diſiunctiuā vcꝫ ꝙ regula prius tacta ē fal
ſa ſimpliciter: vel ꝙ terminus mentalis cadit a
ſua ſignificatione: vel ꝙ relatiuum non habet ī
mente vltimata ſed duntaxat ī voce. ſcripto. ⁊
mēte inultimata. ¶ Aliter nihilominus ad ar-
gumentum cenſeo eſſe dicendum ꝙ̄ precedens
opinator dixerit: qui diſiunctiue primam par-
tem eligit. Imprimis dico regulam vniuerſalit
verū continere: ⁊ relatiuum inueniri ī mente vlti
mata. ¶ Sed ad rationem ſiue argumentum
reſpondeo: non eſſe poſſibile copulam coniun-
